


Theodulus - Ecloga - 1902


HARVARDIANA
IN NOV·ANG
ACADEMIA
ET
VE
RI
TAS
CHRISTO
ECCLESIAE

cover

Illustrissimae philos.
congregationi Harvard.
d. d. d.
Joannes Osternacher.
3·II·1911.

# Theoduli eclogam
( = Godescalci Orbacensis, 805–869 p. Ch. n.)

recensuit et prolegomenis instruxit

**prof. Dr. Joannes Osternacher.**

---

**Additae sunt singulae schedae vetustissimorum codicum arte zincographica expressae.**

Liber separatim typis expressus ex »programmate« Collegii Petrini.

Ripariae prope Lentiam MDCCCCII.

Typ. assoc. cath.




From the author




# Proœmium.

Qui hunc libellum perlegerit, vix mente eum concepturum puto, quanti laboris fuerit parvam hanc commentationem conscribere. Ji tantum, qui continuis scholae occupationibus distinentur, norint, quanto sudore stet post puerorum institutionis labores plerosque Europae bibliothecarios per orbem interrogare eorumque responsa in opusculum redigere aut ex XXIV codicum lectionibus auctoris verba arte critica colligere. Quo maiorem gratiam habeo et habebo illis viris, qui in isto libello conficiendo opera me sua liberalissime adiuverunt: Quorum ex numero plurimum me debere profiteor Dr. Joanni Zöchbaur, qui praeest collegio Petrino ab institutione puerorum, Dr. Evermodo Hager, Dr. Conrado Schiffmann, ceteris collegis meis, qui mihi nulla ex parte defuerunt; singularibus porro beneficiis obligatus sum illustrissimis doctoribus academicis Dr. Carolo Krumbacher, Dr. H. Simonsfeld, Dr. Ludovico Traube Monacensibus et Dr. P. de Winterfeld Berolinensi, qui mihi sine pretio pretiosa dederunt consilia; gratiae deinde mihi agendae sunt quam maximae Dr. Henrico Pogatscher [Instituti Austriaci, Romae] et humanissimis bibliothecarum praesidibus eorumque ministris, in his praeter ceteros Bernensi, Einsidlensi, Etonensi, Florianensi, Lipsiensibus, Londinensibus, Monacensibus, Oxoniensibus, Parisinis, Turicensibus, Vaticanis, Vindobonensibus; ad horum enim virorum opem tam saepe confugere coactus eram, ut haud raro anxius essem, ne taedio desideriorum

meorum adfecti mihi, quae petiissem, denegarent. Sed grato animo confitear oportet ne semel quidem destitutum esse me ab illis viris doctissimis et humanissimis. — Omnibus denique, qui seu consilio seu opera in hoc opusculo conficiendo mihi adfuerunt, perpetuam me habiturum gratiam profiteor.

Scripsi in civitate Urfahr a. d. IV. Kalendas Junias MDCCCCII.

**Dr. Joannes Osternacher,**
litterarum antiquarum in Collegio Petrino professor.



## Caput primum.

## De Theoduli ecloga.

En habes, benevole lector, libellum, qui Theoduli[1]) nomine circumfertur.

Ecloga vero appellatur hoc carmen, quod ei, qui id composuit, Vergilii[2]) eclogae ob oculos versatae esse videntur.

Est autem Theoduli ecloga carmen apologetico — didacticum[3]), quod referendum esse censeo inter allegorica[4]) eiusdem generis poemata. Finis eclogae non est alius, quam ut probetur Christianorum dogmata longe praecellere gentilium superstitionem[5]). Quod ita fit, ut pro-

[1]) Editio Colon. (1492) fol. 1.: ».. titulus istius libri est talis: »Aegloga theoduli vel theodori vel paradisi«. Eadem fere exhibet ed. Lips. (1492) f. 2; Alex. de St. Albano in cod. ν: »Incipit ecloga Theoduli vel Theodori vel Paradisi«. Scholiasta codicis α: »Incipit eggloga Theodoli vel Theodosii vel Theodorii«; in fine: »Explicit liber Theodoli vel Theodori« ... etc. Cum duo vetustissimi codices ϑ et ω nomen auctoris, quod valde doleo, non referant, retineo usitatam scriptionem [cum codd. η, κ, ξ etc.] quamvis negare non possim codices magnae auctoritatis (ζ, ι, π, υ) scriptionem »Theodolus« exhibere. Ceteras inscriptiones, cum in deterioribus tantum codicibus legantur, depravatione ortas esse apparet. »Liber paradisi« carmen appellatum est propter versus 41—44, 49—52. Qui scripserunt »egloga«, iis fortasse ob oculos versata est »Aegle, Naiadum pulcherrima« (Verg. ecl. VI. 20 – 21); cf. Sedulii Scotti c. II. vers. 1—2: »Florida Thespiadum soror ac praenobilis Eglae—Cignea, mellifluos nunc cane, posco, tropos«. [Dümmler, p. L. aevi Carol.« III. 166.]

[2]) Cum exordium eclogae tum allegoricum carminis genus afferunt doctis viris memoriam Bucolicon Vergilii; maximam similitudinem prae se fert eclogae tertiae Vergilianae. Qua auctoritate hic vates apud Christianos ss. IV. et V. floruerit, disce ex Manitii »Geschichte der christl.-lat. Poesie bis zum Ende des 8. Jhrh. »Stuttg. 1891: p. 11, n. 1; 41, n. 1 et 2; 44, n. 1; 57; 64; 105, n. 1; 115; 122; 124; 147; 169; 179; 192; 199; 231; 260; 297; 324; 339 etc.; cf. etiam Jantzen, »Geschichte d. deutschen Streitgedichtes im Mittelalter«. Breslau (Köbner) 1896, p. 5 ss.: Quem tamen Theoduli ecloga fugisse videtur, cum in primo capite eius non faciat mentionem.

[3]) Quod carminum genus in christiana antiquitate erat usitatissimum. Cf. Manitius, p. 8—11.

[4]) Cf. Prudentii »Psychomachiam« (Manit 71), in qua virtutes christianae obstantia unicuique vitia devincunt etc.

[5]) Quod iam ipsa Ἀληθείας et Ψεύστου nomina indicant. Cf. v. 181—188, 245—252 285—316, 329—344.

logo 36 versuum praemisso Pseustis quaternis versibus deos celebrantibus praecedat, quibus veritatis vindex aliquod simile ex sacra historia factum opponit totidem versibus. Arcto quodam sententiarum nexu carmen ad finem devolvitur, ubi fabularum ethnicarum defensor se plane victum[1]) esse confitetur.

Haec ecloga constat ex 352 versibus dactylicis hexametris seu herois, quorum octo ultimos medio denique, quod dicitur aevo longius provecto[2]) a monacho quodam, qui δοξολογίαν desiderabat, additos[3]) esse verisimillimum est.

Habent autem omnes carminis versus illud proprium, ut prior tertii pedis syllaba consonet (— vel rectius dicam assonet? —) cum posteriore sexti, neque tamen tota, sed vocalis tantum littera et quae post eam sequantur consonantes[4]). Quod genus versuum consonantium[5]) simillimum est illi, qui dicuntur Leonini[6]), modo in his, qui proprie[7]) Leonini dicuntur, binae consonant syllabae, posterior secundi pedis et prima tertii cum duabus

---

[1]) Cf. v. 335—336; in versu 340 Fronesis, arbitra ab utroque electa, victoriam Alithiae decernit: »Ut cessare velis, devictus supplicat hostis«.

[2]) Saeculo forte XIII.

[3]) Cf. Beck. ed. p. 17—18; Schwab. p. 52. Satis vel, ut mihi quidem videtur, nimis severe de his versibus indicat Lessingius: »Zur Geschichte und Litteratur. Aus den Schätzen der herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel. Erster Beytrag. Braunschweig, Waysenhaus-Buchhandlung, 1773 « p. 248—252. Haec dico, non tamquam duritatem versuum excusem. Sed clarissimus ille vir mihi fidei christianae parum favisse videtur et monachis minime.

[4]) Excipiuntur tantummodo versus 310 et 351: numquid — reliquit, semper — perpes. Sed versus 351 est ex suppositis (345—352); — »quid« et »quit« hebetioribus illius aetatis auribus adhuc videbantur consonantes. Cf. Duemmler-Traube, III. 710—1, not.

[5]) Huemer, »Wiener Studien« IV. 309 (— ex codice Lilienfeldensi —): »... 2] Concinnantes (!) sunt, qui habent in medio versuum in una sillaba concinnantiam cum fine:

Ethiopum terr**as** iam fervida torruit est**as**,
In cancro sol**is** dum volvitur aureus ax**is** . . «

Qua ex re apparet ex omnibus huius generis carminibus Theoduli eclogam summa auctoritate floruisse.

[6]) Ibidem in eadem pagina ... »4] »Leonini sunt, qui concordant in medio et in fine in duabus (sillabis):

Ex ope cel**ēstī**, si quid habetur hon**ēstī**,
Et venit a sup**ĕris**, ut agas bene vel medit**ĕris** . . .«

[7]) Cf. W. Meyer: »Radewins Gedicht über Theophilus«. Sitzber. d. philos.-philol. u. hist. Cl. der k. b. Akad. d. W. zu München Bd. III. Jhg. 1873, p. 74: ». . . Leonini. Die ausgebildete Form bestimmt Poll. so: Leonini dicuntur versus, in quibus sextus pes per similitudinem vocalium et consonantium respondet ultimae sillabae secundi pedis et primae tertii . . . . Der Ausnahme, dass im 2. Fuss ein Daktylus stehen dürfe, verdanken die Schulverse zur Einprägung der Prosodie ihr Dasein; z. B.: »Unam semper **amō**, cuius non solvor ab h**āmō**«. Mirum est, quod in codice Huemeri secundus versus talis exceptionis praebet exemplum.

syllabis sexti pedis[1]). Quaedam versuum consonantium exempla iam exhibent Propertius[2]) et Martialis[3]); in communiorem tamen usum recepti sunt eius modi versus saeculis demum post Christum natum quarto et quinto[4]).

Quamvis autem Lessingio,[5]) Schwabio,[6]) Beckio[7]) concedam necesse sit versus Theoduli non esse optimos, tamen neminem, qui carmen perlegerit, negaturum puto illa menda quandam versuum facilitatem[8]) non auferre. Quibusdam locis[9]) etiam contigit mihi, ut adhibitis melioribus codicibus manuscriptis tollerem vitia quaedam aures doctas graviter offendentia.

Iamque ad illam devenio quaestionem, qua illud quaeri solet, quis fuerit auctor eclogae et quibus temporibus illud carmen conscriptum esse videatur.

Atque primum quidem illa referam, quae Ch. G. Jöcher in quarto volumine (pagin. 1115) operis, quod inscribitur »Gelehrten-Lexikon«,[10]) de Theodulo adnotavit:

»Theodulus oder Theodolus, ein Italiäner, lebte um das Jahr 980, studierte in Italien und zu Athen in Griechenland, hörte zu Athen die Heiden und Christen mit einander disputieren, und trug sodann ihrer beiderseits Gründe in einem Werke in drei[11]) Büchern zusammen, so den Titel führet, ecloga, qua comparantur miracula V. T. cum veterum poetarum commentis, welches auch tetrastichum in den Codd. M. S. S. genennt wird, und zu Leipzig 1492 wie auch 1504 zu Lion mit Catonis distichis ge-

[1]) Talium versuum tria tantum in hoc carmine habentur exempla: 214, 298, 327; sed haec forte fortuna irrepsisse puto. Similis est versus 23, ubi tamen secundus pes est dactylus.

[2]) III. 32, 85—90.

[3]) IV. 73, 1—6.

[4]) Cf. Manitium p. 43, n. 2; 49, n. 4; 53, n. 3; 60, n. 2; 81; 115; 118; 122, n. 6; 133, n. 2; 155, n. 2; 187, n. 3; 192, n. 3; 200, n. 2; 218, n. 3; 231, n. 1; 235, n. 3; 297, n. 5; 300. n. 2 etc. Ex 5147 hexametris Prudentii sunt 681 consonantes, quos Manitius etiam »Leoninos« nuncupat: Ex 340 versibus carminis XVII. Claudiani, »de consulatu Manlii Theodori Panegyrico«, iam 37 ad consonantes pertinent. Ex 518 hexametris Orientii 83 consonantes invenies, ex 3727 versibus Paulini Petricordiae 937 (= 25%), ex 6739 hexametris Paulini Nolani 778; [ex 6292 hexam. Vernantii Fortunati (530—600 p. Chr. n.) 1157 sunt consonantes, ex 4160 hex. Aldhelmi (650—709 p. Chr. n.) 668].

[5]) »Beytr«, p. 248 ss.

[6]) p. 51 ss.

[7]) p. 17 ss.

[8]) E. gr.: Ne unus quidem ex 344 genuinis versibus tribus verbis constat, quod inflatum proderet dicendi genus, unus 330 quattuor (cf. Manitium, p. 54, n. 2; 192, n. 3; 522, n. 3; 297, 3); monosyllabum in fine hexametri exhibet unus versus 325.

[9]) Cf. v. 18 et 233.

[10]) Lipsiae 1751.

[11]) Procemium (I—36), tetrastichon (37—336), finis (337—352)?

druckt worden, auch nebst Bernardi Sylvestris Commentariis in der königlichen Bibliothec zu Paris im Manuscript liegt«.

Quae sine dubio deprompta sunt ex commentariis; sic in commentario editionis Lipsiensis (1492) haec leguntur:[1])

»Causa efficiens huius libri fuit quidam nomine theodulus qui primo studuit in italia et postea studuit in graecia et ibidem effectus est episcopus; qui vidit diversas disputationes sarazenorum (!) et christianorum. Ad quorum similitudines volens librum suum compilare introduxit pseustim et alathiam i. veritatem et falsitatem sub forma pastorum disputantium. et hoc ideo fecit, quod pastores sepius inter se litigant et plus quam alii. Vel secundum alios causa efficiens huius libri fuit iohannes crisostimus, qui alio nomine dicitur os aureum, qui propter arrogantiam effugere (!) noluit suum librum suo nomine intitulari, sed assumpsit nomen alienum«.

Iam inde ab initio libere profiteor plane me assentiri Beckio, homini sagacissimo, qui mihi dilucide probasse videtur ad nostram notitiam nil certi de eclogae auctore, aetate, patria pervenisse; ea vero, quae in commentariis legantur, nihil aliud esse nisi commenta eorum, qui eclogam interpretantes exordium desiderabant.[2]) Idem sensisse videtur auctor editionis cuiusdam »Veteris«,[3]) cuius in libello (p.III.) legimus: »Causa efficiens est pene ignota. dicunt tamen aliqui quod Theodolus ipsum composuit Alii dicunt quod Ioannes Chrysostomus doctor theologus eminentis scientiae. Alii dicunt aliter. sed super hoc non est curandum multum. Et ego credo quod theodolus non sit proprium nomen auctoris: sed nomen noviter inventum et fictum secundum proprietatem rei et materie:[4]) sicut in comediis davus quasi dans vana«.

Cum auctorem editionis »Veteris« et Beckium recte vidisse putem, omnia commentatorum et historiae litterariae scriptorum somnia censeo mihi esse omittenda.[5])

De saeculo, ex quo ecloga initium duxerit, quam maxime dissentiunt docti homines: fluctuant enim plerique inter sextum et decimum post Christum natum saeculum: illud Beckius probat, hoc Schwabio placet cum plurimis.[6]) Hoc loco meliore fortuna mihi esse usus videor quam illi viri doctissimi; contigisse enim mihi puto, ut »terminum ante quem et post quem«, ut ita dicam, possem constituere.

---

[1]) Fol. II. Eadem fere exhibet editio Coloniensis (1492) f. I.

[2]) Cf. Beckii ed. cp. I.—III., p. 1—14

[3]) Cf. Schwabe p. 42—44: Quae editio certe eadem est cum exemplari Theoduli in bibl. Jagelloniana Cracoviae asservato.

[4]) Cf. Beckii ed. p. 17.

[5]) Cuius intererit illa cognoscere, reperiet apud Schwabium et Beckium.

[6]) Cf. Schwab. p. 16—18, Beck. p. 14—18.

Atque praeter cetera edico sententiam Schwabii et eorum, qui cum illo sentiunt, refelli aetate codicis ϑ [Etonensis L. 6. 5.]; qui codex ex auctoritate gravissimorum virorum saeculo decimo medio vel ineunte conscriptus esse conspicitur.[1]) Contra mirum non est, quod Schwabius et Beckius, qui tantum codices saeculis XIII.—XV. conscriptos noverant, eclogam in saeculum decimum transtulerunt: Mihi vero praeter codicem Etonensem decem saltem codices noti sunt vetustissimo Beckiano vetustiores.

Iam vero codex ille Etonensis, quamvis omnium longe vetustissimus et pretiosissimus, tamen vitiis nequaquam caret; immo vero tot menda[2]) in eo reperiuntur, ut ab homine illiterato eum conscriptum esse putem; sed haec indagare mea minus interfuit quam illos locos perscrutari, quibus probaretur in eius praescriptis iam glossas, quas dicunt interlineares, esse repertas; iis enim aliquot locis[3]) in errorem inductus esse videtur. Quis vero neget hac re fidem fieri ei sentententiae, qua censeo Theoduli carmen iam ante annum post Chr. n. nongentesimum esse conscriptum?

Ex altera parte autem verisimillimum est hoc carmen non ante saeculum nonum p. Chr. n. esse compositum; hoc enim tempus suadet versuum consonantium forma; quod quidem versuum genus, quamquam iam antea saepissime usurpatum erat,[4]) saeculo tamen nono[5]) demum ita vulgatum est, ut tota carmina ex talibus versibus componerentur. Versus enim quidam »ad Ebonem Remensem«[6]) missi annis 814 – 840 p. Chr. n. plane eandem formam prae se ferunt atque Theoduli ecloga. Accedunt septem carmina[7]) Walahfridi Strabi, monachi Fuldensis, postea

[1]) Cf. quae in capite de codicibus scripsi et ἀπόγραφον codicis ϑ initio libelli.

[2]) Cf. v. 27: sros; 28: hunc; 32: nec divitem (!); 40: ipse; 42: viperum; 43: ausit; 44: quid; 46: argenti; 49: exultat (!); prothoplaustus (!); 53: devetur (!); 54: rimatu; 62: sedes (!); 64: hos (!); 65: opere (!); 78: in ethere; 81: damnant; 83: antro (!); 97: limine (!); 99: erilis; etc.

[3]) Cf. 87: »iuppiter« pro »mulciber«; 119: »crudelia facta tiranni« pro »commissa ducis furiosi«; 176: »vivum« (— ex »virum« —) pro »superbum«.

[4]) Cf. ea, quae disserui in pag. 8. et 9.

[5]) Cf. Duemmler II. p. 484: Qui etiam versus consonantes Leoninos nuncupat.

[6]) Cf. Duemmler, »poetae Latini aevi Carolini« (»Monum. Germ.«; Berolini; apud Weidmannos; MDCCCLXXXI) tom. I. pag. 623—4. Omnes versus 46 numero sunt consonantes, immo sex (1, 2, 7, 8, 13, 16) iam genuinorum versuum Leoninorum rationem referunt, cum ex 352 versibus Theoduli tres (aut quattuor) sint Leonini, qui proprie sic dicuntur (cf. p. 7 n. 1).

[7]) Cf. Duemmler II. 397—403. Sunt vero carm. L (I. et II.); LI; LII; LIV; LVII; LIX; LX: In carmine L (I.) ex 23 hexametris consonant omnes praeter 19 et 23, ex 23 pentametris 10; in carmine L (II.) ex 25 versibus omnes sunt consonantes praeter v. 9, 15—19, 21. In carmine LII omnes 20 versus praeter v. 18 sunt consonantes; sed hebetiores illius saeculi aures etiam in vocabulis »modos« et »exsors« quandam assonantiam invenerunt; versus 4. est Leoninus; in carminibus LII., LIII., LVII., LX. omnes consonant praeter LIII. 2; ex 36 versibus carminis LIV. huius generis sunt 27, ex his puri Leonini 3 (— 13, 29, 30 —); carminis LIX octo versus ex decem plene assonant.

abbatis Augiensis[1]), quae eandem consonantiam proferunt; Strabus autem, cum ab anno 808 vel 809 usque ad 849 vixerit, eiusdem fere aetatis est.

Nec abhorrent 81 versus carminis Sangallensis VII. saeculo nono vel ineunte vel medio[2]) compositi. Praeter cetera autem carmine a quodam Walahfridi Strabi discipulo circa annum 850 post Chr. n. confecto moveor, ut eidem aetati Theoduli eclogam attribuam: Hoc enim carmen, quod »Gesta Apollonii«[3]) inscribitur, est amoebaeum[4]) non minus ac nostrum; ex octingentis fere carminis versibus quattuor[5]) tantum non sunt plene consonantes, plus autem septuaginta[6]) iam ex iis, qui proprie dicuntur Leonini. Ad consonantia quoque carmina pertinent Engelmodi[7]) carmina I. et II., quae qui composuit, circa annum 864 defunctus esse perhibetur: Quae carmina, cum ex 57 et 56 distichis dactylicis constent,[8]) tam in hexametris quam in pentametris illum prae se ferunt concentum. In Godescalci carmine, quod anno 850 p. Chr. n. misit ad Rathramnum,[9]) ex 154 hexametris, qui omnes sunt consonantes, 18 versus deprehendi, quorum binae syllabae assonant.[10])

Quae cum ita sint, iam quaeri licebit, num iusto audacior sim, si contendero Theoduli eclogam medio fere nono post Christum natum saeculo in lucem prodiisse.[11])

[1]) Augia = Reichenau.

[2]) Cf. Duemmler II. 480–2; omnes versus recte assonant praeter I. 5; II. 10, 16, 19, 20, 31, 33—35, 37, 38; V. 6, 7, 9, 10, 11, 13—15, 18, 20; sed in his quoque versibus prima secundi vel quarti versus syllaba cum ultima consonat.

[3]) Duemmler II. 484—506.

[4]) In Sedulii Scotti carmine LXXXI (Duemmler-Traube III. 230—1) habemus certamen rosae liliique disceptante poeta; in dialogo quoque Agii (Duemmler-Traube III. 372–388) conspicitur carmen amoebaeum. Cf. »Eglogam duarum sanctimonialium (D.-T. III. 45—51); etiam III. 688—9; I. (270—272): »Conflictus veris et hiemis«. Carmen, quod »Conflictus Ovis et Lini« inscribitur, est quoque amoebaeum; sed saeculo demum XI. compositum est [Jantzen, »Streitg.« p. 6, 7]; qua de causa ad eclogam Theoduli iam non est referendum.

[5]) V. 50, 298, 461, 628.

[6]) V. 1, 14, 26, 44, 74, 75, 83, 84, 93, 97, 110, 129, 161, 167, 170, 175, 200, 202, 216, 217, 219, 220, 222, 224, 230, 240, 253, 254, 274, 276, 286, 293, 331, 360, 376, 380, 403, 421, 422, 424, 436, 495, 526, 536, 543, 544, 548, 572, 590, 597, 598, 601, 605, 611, 625, 631, 647, 649, 653, 659, 668, 673, 687, 702, 705, 707, 710, 714, 742, 746, 769, 770, 789, 792. Nonne magno Leoninorum numero licet colligere Theoduli eclogam, in qua ex 344 versibus quattuor tantum Leonini sunt, iam ante »Gesta Apollonii« in lucem editam esse? Cf. Theoduli v. 60 cum versu 131 »Gest. Ap.«: funera mortis.

[7]) 862–864 episc. Suessionenis.

[8]) Duemmler-Traube III. 55–61.

[9]) Ibidem III. 718 (— n. 36 —) et 733—737.

[10]) V. 30, 50, 55–57; 59, 65, 66, 69, 72, 83, 84, 90, 95, 99, 131, 151, 153. - Adde, quod in carmine Mutinensi II. (— Duemmler-Traube III. 705 —) omnes 7 versus sunt consonantes.

[11]) Utrum in Italia (— quod codex ϑ suadere videtur —) an in Francorum regno orientali vel occidentali, non audeo disceptare.

Neque tamen velim negare quam saepissime dubium quoddam animum meum subiisse; quem enim fugiat nihil iam interfuisse poetae christiani refellere superstitionem Graecorum et Romanorum poetarum, si ea iam penitus eo tempore, quo scripsisset, e mundo tum maxime noto sublata fuisset; qua de causa argumentum eclogae ante exactos Athenis philosophos[1] [529 p. Chr. n.] conscriptum esse videtur, praesertim cum non temere dici putem defensorem gentilitatis Athenis ortum esse.

Sed quidquid id est, opusculum meum infectum relinquam oportet: Deo autem propitio post aliquot annos me fusius de Theodulo tractaturum promitto; parvo enim huius indicis ambitu et temporis brevitate prohibeor plura de hoc carmine disserere; quibusdam capitibus iam multam materiam congessi: Imprimis in commentatores eclogae sum inquisiturus nec non indagaturus, quae exemplaria poetarum Theodulus secutus esse videatur.

---

## Caput secundum.

## De Theoduli codicibus manuscriptis.

Theoduli eclogam olim in frequenti usu fuisse verisimillimum fit ex magno numero codicum, qui adhuc exstant manuscripti.

Atque primum quidem notandum est Schwabium in edenda Theoduli ecloga[2] tribus tantum codicibus usum esse neque plus octo codices cognitos habuisse. Plures codices Beckius,[3] qui ante me ultimus hoc carmen edidit, investigaverat: Enumerat enim quindecim codices, e quibus usus erat undecim.[4] Diligenti inquisitione contigit mihi, ut plus centum viginti Theoduli codices referre possim. Neque tamen dubito, quin totidem seu plures libri exsistant manuscripti in bibliothecarum minorum tenebris latitantes. Qui mihi aliquem horum indicaverit, eum libere profiteor cum de me tum de litteris christianis optime meriturum.

Ex amplius centum, quos supra memoravi, codicum lectionibus in hac editione collatae sunt lectiones quattuor et viginti librorum: Et primum quidem invenies lectiones codicum octo a Beckio collatorum, in quibus, cum eum diligentissimum fuisse putem et omnes fere codices sint posteriorum temporum, Beckii[5] fide me niti confitear oportet; in reliquis

---

[1]) Extremos gentilitatis in Graeco oriente defensores. Cf. Christ, »G. d. gr. Litt.« 563, p. 695; Krumbacher, »G. d. byz. Litt.« p. 1, 6.

[2]) Altenburgi 1773; p. 27—34.

[3]) Marburgi-Sangerhusiae 1836; p. 18 22.

[4]) Octo illorum lectiones retinui, trium vero verbis supersedere me posse putavi, scilicet codicis Muelleriani et Helmstadiensis et Guelferbytani.

[5]) Sunt vero hi codices ss. XIII., XIV., XV.: α, β, γ, δ, ε, ν, ο, τ. Retinui litteras a Beckio inductas; reliquas ipse tribui.

codicibus eligendis rationem habui seu antiquitatis[1]) et fidei seu propinquitatis locorum[2]) seu facilitatis,[3]) qua libros adeptus sum.

Ceterorum inspectione codicum supersedere mihi putavi licere, cum, vera quae fuerit Theoduli manus,[4]) vix ullo loco dubium remaneat; omnes enim fere libros antiquissimos in manibus habui, ita ut saltem novem codices contulerim antiquissimo Beckii manuscripto vetustiores. Sed tamen ingenue confiteor ea re Beckii sagacitatem ingenii magis illustrari; perpauci[5]) enim sunt loci, quibus non ita sanaverit corruptelas librariorum, ut mihi ex meliorum codicum lectione copiam emendandi reliquerit.

## A.) Conspectus codicum collatorum:

| Quo signo codex in hoc libello designetur: | Titulus ex loco: | Quo saeculo codex confectus esse videatur: | Notae chartarum et proprietates: |
|---|---|---|---|
| 1) α.[6]) | Parisinus [bibliothecae a natione dictae.] | XIV. | nr. 2638 [olim bibliothecae regiae]; membr.; 4°; cum comment. et glossis. |
| 2) β.[7]) | Parisinus [bibl. nat.] | XIII. | nr. 7993 [olim bibl. regiae]; membr.; forma maxima; cum glossis. |
| 3) γ.[8]) | Parisinus [bibl. nat.] | XIV. | nr. 6403 [antea bibl. regiae, olim Mazarini]; membr.; forma maxima; cum glossis; continet etiam vers. 345—352. |
| 4) δ.[9]) | Marburgensis [bibl. univ.] | XV. [ineunte] | D. 12. g.; chartaceus; forma maxima; cum commento; in hoc etiam versus 345—352 leguntur. |

---

[1]) Sunt autem hi libri manuscripti novem ss. X, XI, XII: ζ, η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, ω.

[2]) Scilicet codd. φ, χ, ψ, qui (praeter codicem ω) in bibliothecis Austriae supra Anasum sitae asservantur.

[3]) Codices λ, μ, σ summa humanitate bibliothecariorum Vindobonensium, codex ρ [praeter codd. κ, ξ, π] comitate obvia Monacensium in meas manus devenerunt.

[4]) In scribendis nominibus propriis utrum ab optimorum codicum lectione mihi recedendum et communi scribendi genere sit utendum, aliquamdiu haesi; sed consilium Dr. Ludovici Traube Monacensis secutus communem scribendi rationem relinquendam mihi esse constitui. Theodulus enim scripsisse videtur: **f**ronesis (26), p**i**tagore (36), l**i**caon (61), p**irr**a (72), gan**i**medes (77), bab**i**lonis (89), c**i**clopes (93), ph**i**llis (109), c**i**th**a**rea (109), **i**pol**i**tus (128), amphitr**i**onis (165), ger**i**onis (175), c**i**llenius (197), ol**i**mpi (230), ass**i**riorum (241), ypom**a**nes (270), sc**i**lla (276), **t**ales (329), **t**reicius (341).

[5]) Cf. centum locos, quos in appendice conscripsi.

[6]) Beckius, p. 18. — De libris Parisinis manuscriptis et impressis denuo certiorem me fecit vir illustrissimus, qui summum locum tenet in bibliotheca Parisina a natione dicta, Delisle, cui plurima debeo.

[7]) Beck., p. 19; hunc codicem Beckius iis, quos contulit, omnibus praeferendum esse censuit.

[8]) Beck., p. 19.

[9]) Beck., p. 19—21.

| sign.: | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 5) ε.[1]) | Parisinus [bibl. nat.] | XIV. [anno 1396 exaratus.] | nr. 1702 [olim bibl. regiae]; membr.; forma maxima; continet tantum versus 1—100. |
| 6) ζ.[2]) | Einsidlensis [bibl. monast.] | XII. | Cod. 34. ss. X—XII. membr.; f 23—24': »Theodoli ecloga«; [Manu s. XIV. adiectum est: »Iste auctor vocatur Theodolus «] Continet versus 1—344. |
| 7) η.[3]) | Bernensis [bibl. municip.] | XI/XII | Cod. A. 92; sex tantum foliis constans; 8°; membr.; f. 2ᵛ—6ᵛ: eclogae Theoduli versus 1—256. |
| 8) ϑ.[4]) | Etonensis [bibl. collegii.] | **X.** | L. 6. 5. [»Codex Langobardicus«.] membr.; in initio mutilatus. f.1ʳ—6ᵛ: Theoduli carm. V. 23—344. |
| 9) ι.[5]) | Oxoniensis [bibl. Bodleianae.] | XII. [exeunte.] | Auct. F. 2. 14. f. 53ᵇ - 58: »Incipit epistola Theodoli episcopi«; cum glossis interlinearibus et marginalibus. |
| 10) κ.[6]) | Monacensis [bibl. reg. pal.] | XII. | Clm. 19.483 [Tegernseensis 1483]; 8°. membr.; 16 ff.; f. 1—8: Theoduli ecloga. |
| 11) λ.[7]) | Vindobonensis [bibl. caes. palat.] | XIV. | 883 [Phil. 781]; membr.; 8°; 112 ff.; f. 83ᵃ—89ᵇ: Theodoli ecloga. |
| 12) μ.[8]) | Vindobonensis [bibl. caes palat.] | XIII. | 885 [Philol. 415], membr.; 32 ff.; 8°; f. 1ᵃ—4ᵃ: Theod. ecl. a versu 199—344. |
| 13) ν.[9]) | Parisinus [bibl. nat.] | XIII. [ineunte] | nr. 1862 [olim bibl. regiae]; membr.; 4°; cum comment. et glossis. |

[1]) Beck., p. 18—19.

[2]) Cf. Gabriel Meir, »Cat. codd. mss.« Lipsiae [Harrassowitz] 1899, p. 26. Reverendus ille dominus lectiones huius codicis benigne collatas ipse mihi transmisit: Codex maxime affinis est codicibus η et ϑ.

[3]) Cf. Hagen »Catalogus ...« pag. 127: Qui codex, quamquam pervetustus est, plurima iam menda exhibet; inter alia saepissime simplicia consonantia pro duplicatis.

[4]) Codex omnium longe vetustissimus et pretiosissimus: pertinet ad saeculum X. (— forte etiam ad initium eius saeculi —), non ad undecimum, quod voluerunt olim Etonenses. Cum ego a Dr. Evermodo Hager et Dr. Schiffmann Conrado, qui illud saeculum vehementer suaserunt, in sententia meo confirmatus essem, clarissimos Monacenses, Dr. Simonsfeld et Dr. H. Boll, adii, a quibus iudicium nostrum confirmatum esse gaudeo. Cuius codicis et codicum ι et υ haud parvis sumptibus imagines lucis via exprimendas curavi, cum ex Britannia nullo modo trans mare mitti liceret. Cf. Schenkl, »Wien. Stud.« IV. 96; »Bibl. patr. Latt. Britannica« (Vindob. 1901) II. 2. 48. Sedlmayer, »Prolegomena critica ad Heroidas Ovidianas« (Vindob. 1878) p. 5—6.

[5]) Schenkl, ib. II. 1. 167—168.

[6]) Codex valde propinquus codd. ξ et π; nec mirum; omnes enim fuerant olim ex libris bibliothecae monasterii Tegernseensis.

[7]) Cuius codicis in fine legitur: »Explicit autor Theodolus. Deo gratias. — Scriptus totus per manus fratris Joh. Zwetinger, ord. Cisterciens.« — In hoc libro et in cod. σ pro littera d saepissime legitur t scripta; qua re probari videtur scriptores eorum gentis Bavaricae fuisse.

[8]) cognatus codici κ.

[9]) Cf. Beck., p. 18.

| | sign: | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|---|
| 14) | ξ.[1]) | Monacensis [bibl. reg. palat.] | XII. | Clm. 19. 476 [Teg. 1476], membr.; 8° oblonga; 33 ff.; f. 32 ss.: Theoduli eclogae versus 1—68. |
| 15) | ο.[2]) | Parisinus [bibl. nat.] | XIV. | nr. 7537 [olim bibl. regiae, pridem Colbertinus]; membr.; 4°; continet versus 1—316. |
| 16) | π.[3]) | Monacensis [bibl. regiae palat.] | XII. | Clm. 19.462 [Tegerns. 1462]; membr.; 8°; 24 ff.; f. 18 ss.: »Incipit liber Theodoli. Egloga«. |
| 17) | ρ. | Monacensis [bibl. reg. palat.] | XIII. | Clm. 2600 (ex bibl. Alderspacensi); membr.; 12°; 115 ff.; f. 1—9: Theod. ecl. |
| 18) | σ.[4]) | Vindobonensis [bibl. caes. palat.] | XIV. | 12 864 [Suppl. 301]; membr.; 43 ff.; 8°; f. 41ᵃ—43ᵇ: eclogae Theod. v. 1—98. |
| 19) | τ.[5]) | Parisinus [bibl. nat.] | XV. [ineunte] | nr. 8023 [olim bibl. regiae, pridem Colbertinus]; membr.; forma maxima; continet tantum v. 282—344; priores erasi sunt. |
| 20) | υ.[6]) | Londinensis [Musei Britannici] | XII. [ineunte.] | Ms. Harley 3093, ss. XI/XII. fol. 34 ss.: Incipit Theodolus. |
| 21) | φ.[7]) | Cremifanensis [asserv. in bibliotheca celeberrimi monasterii Cremifanensis in archiducatu Austriae supra Anasum siti.] | XV. | nr. 14. F. VIII. 18, chartac.; 4°; 144 ff.; fol. 107—119': Theod. cum notis in margine. |
| 22) | χ.[8]) | Florianensis [asserv. hic et ψ in bibliotheca canoniae illustrissimae ad S. Floriani in archiducatu Austriae supra Anasum sitae.] | XV. [a versu 249 saeculo demum XVI.] | Cod. XI. 117; chart.; 110 ff.; 4° continet v. 1—336 ecl. Theod.; cum commentario Latino et glossis lingua theodisca expressis. |
| 23) | ψ. | Florianensis [ad s. Floriani.] | XIV. | Cod. XI. 649; membr.; saecc. XII., XIV., XV.; 166 ff.; 4°; f. 116—125: ecl. Theod. cum commentario. |

---

[1]) Codex ex optimis; cf. quae notavi ad cod. κ.

[2]) Cf. Beck., pg. 18.

[3]) Quem codicem, quamvis male affectus sit, summa tamen Monacensium humanitate me conferre potuisse ideo gaudeo, quod eum constat ex optimis esse (cum ϑ, υ, ω).

[4]) Cf. quae notavi in cod. λ.

[5]) Cf. Beck., p. 19.

[6]) Cuius codicis lectiones, cum inter optimos numeretur, mihi via photographica expressas paravi. Quae partes ad Theod. spectant, ad initium s. XII. pertinent ex sententia H. Simonsfeld Monacensis.

[7]) Huius libri verba a scriptore nationis Italicae dictata esse videntur: cf. obe (v. 80), stangna (v. 184), malingnus (v. 193), angnis (v. 295) etc. Codex mendis refertus tamen arctam quandam cum ceteris Austriacis codicibus cognationem prae se fer

[8]) Codex χ longe diligentius scriptus est quam ψ; sed hic melius praescripta sequitur. Uterque codex insignem exhibet cognationem cum codice Marburgensi (δ) et cum editionibus Coloniensi et Lipsiensi.

| sign.: | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 24) ω.[1] | Linciensis [in bibl. maioris seminarii Linciensis asservatus.] | XI. [exeunte.] | Scheda in tegumento libri s. XV. reperta, qui continet sermones sacros. Leguntur in folio versus 1—20, 45—65, 90—110, 135—155, sed partim mutilati. |

In verbis scriptoris a corruptelarum sordibus purgandis iudicium meum imprimis secutum est codices: ζ, η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, ω. Ubi hi consenserunt, numquam ab eorum sententia discessi. In discrepantibus eorum verbis etiam reliquorum[2]) codicum lectionibus quoddam pondus tribui et ita critica arte exercenda sensus mihi obvius factus est, ut mihi rarissime dubium remanserit.

Ceterorum codicum[3]), quorum usus mihi aut non pervius fuit aut supervacaneus visus est, magnus est numerus: Cum usque ad nostram memoriam omnes fere latitaverint in scriniorum tenebris, liceat mihi illos enumerare:

## B) Conspectus codicum non collatorum:

| | Titulus ex loco petitus: | Quo saeculo codex scriptus esse videatur: | Notae chartarum et proprietates: |
|---|---|---|---|
| 25) | Bambergensis [bibl. univ.] | XVI. [ineunte.] | M. VI. 15. |
| 26) | Basileensis [bibl. univ.] | ? | F. IX. 3; chartaceus. 4°. Theodulus poeta. |
| 27) | Bernensis [bibl. civit.] | XIII. | Cod. 403. Theodoli vel Theodori ecloga cum glossis. |
| 28) | Bernensis [bibl. civit.] | XIII/XIV. | Cod. 439. Theodulus cum glossis. |
| 29) | Bernensis [bibl. civit.] | XIII. | Cod. 512: Theoduli ecloga c. glossis. |
| 30) | Berolinensis [bibl. reg.] | XV. | Ms. Lat. vet. 87; membr. |
| 31) | Berolinensis [bibl. reg.] | XIV. | Ms. Lat. vet. 151; membr. |
| 32) | Berolinensis [bibl. reg.] | XIV. | Ms. Lat. vet. 166; membr. |
| 33) | Berolinensis [bibl. reg.] | XIII. | Philol. 1827. [122 versus ex Theoduli ecloga continens sub titulo »Proverbia Theodoli" ] |
| 34) | Bonnensis [bibl. univ.] | XVI. | Cod. Bonn. nr. 725 [olim bibl. acad. Duisburgensis]. 4°. |

[1]) Quae chartula a prof. Dr. Conrado Schiffmann, collega meo, ante aliquot annos inventa ansa fuit libelli huius edendi. Est enim excepto cod. ϑ antiquissima manus ex centum viginti codicum numero et praeter ι et υ ad optimos pertinet.

[2]) E quibus in primis codices β, μ, ρ saec. XIII. maioris mihi pretii esse videntur.

[3]) Notandum est mihi benignitate nimia Dr. Henrici Pogatscher [Instituti Austriaci] quibusdam locis gravissimis lectiones codicum Vaticanorum transmissas esse; scil. ad verss. 8, 15, 18, 47, 118, 141—142, 199, 251, 345—352.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 35) | Cantabrigensis[1]) [Trinity College.] | XIV. | R. 3. 56. [479]. membr.; 1r: Ecloga Theod. |
| 36) | Cantabrigensis[2]) [Trinity College.] | XII. | O. 3. 57. [6120–6123]. membr.; 8°; 3. loco: Theod. ecl. |
| 37) | Cantabrigensis[3]) [Trinity College.] | XIV. | O. 5. 4. [6100]; membr.; 16. loco: Theod. ecl. |
| 38) | Cantabrigensis[4]) [S. Peters College.] | XIV. | nr. 210; folio; membr.; [v. 1—340.] |
| 39) | Cantabrigensis[5]) [S. Peters College.] | XIII. | nr. 218; membr. |
| 40) | Cantabrigensis[6]) [Gonville et Caius College.] | XII. | nr. 202; membr.; [Theodoli ecloga.] |
| 41) | Cheltenhamensis[7]) [olim Philippicus.] | XIV. [1378/9] | 3394; membr.; 5. loco: Theodolus. |
| 42) | Cheltenhamensis[8]) [olim Philippicus.] | XIV. | 16.226; 4°; membr.; 4. loco: ecloga Theoduli. |
| 43) | Cracoviensis [bibl. acad.] | XV. | nr. 1955; f. 296—317: »Theodolus« metrice. |
| 44) | Darmstadianus [bibl. aulic.] | XIV. | nr. 2640. 4°. |
| 45) | Darmstadianus [bibl. aulic.] | XV. | nr. 2780. 4°. |
| 46) | Darmstadianus [bibl. aulic.] | XIV. | nr. 3162. 4°. |
| 47) | Einsidlensis[9]) [bibl. monast.] | XIII/XIV. | Cod. 337; 128 ff.; membr.; f. 1—16: Theoduli ecloga. f. 17—119: commentarius. |
| 48) | Escurialensis[10]) [bibl. regiae.] | XIV. | S. III. 16; 4° min.; membr.; 224 ff.; f. 194r—206v: »explicit liber Theodolos. Amen«. |
| 49) | Florianensis[11]) [bibl. canoniae ad S. Floriani Austriae.] | XV. | Cod. XI. 279, chart., 390 ff. 4°. f. 228—260': Commentarius in Theoduli eclogam. |
| 50) | Guelferbytanus[12]) [bibl. ducalis.] | XV. [1457] | 622 Helmst.; f. 287—296: Th. ecl. |

[1]) Cf. Schenkl, »Bibl. patr. Lat. Britannica«, (Vindobonae 1897); II. 2, 41.

[2]) Ibidem II. 2, 59; cum temporis brevitas tum magnitudo sumptuum me impediverunt, ne hunc codicem et nr. 202 lucis opera redditum mihi pararem.

[3]) Ibidem II. 2. 61—62.

[4]) Ibidem II. 2. Forts. 76.

[5]) Ibidem II. 2. Forts. 77.

[6]) Ibidem II. 2. Schluss 11.

[7]) Ibidem I. 1. 300.

[8]) Ibidem I. 2. 130.

[9]) Gabriel Meir, »Cat. codd. mss. qui in bibl. m. Einsidlensis serv.« p. 310.

[10]) Loewe — v. Hartel, »Bibl. patr. Lat. Hispaniensis«, (Vindob. 1887); p. 237.

[11]) A. Czerny, »Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian«, (Linz 1871), p. 116.

[12]) Cf. v. Heinemann, »Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel«. I. 2. p. 84.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 51) | Guelferbytanus[1]) [bibl. ducalis.] | XV. [1471] | 185 Helmst., chart., forma maxima; f. 133—f. 198: Thd. |
| 52) | Guelferbytanus[2]) [bibl. duc.] | XV. [1474] | 1365 Helmst.; f. 12'—26. |
| 53) | Guelferbytanus[3]) [bibl. duc.] | XIII. | 87. 5. Aug.; 2⁰; f. 3'—6. |
| 54) | Guelferbytanus[4]) [bibl. duc.] | XV. | 162 Gud. Lat.; f. 23—30. |
| 55) | Guelferbytanus[5]) [bibl. duc.] | XIII. | 56. 20. Aug.; 4⁰; membr.; cont. v. 1 - 352. |
| 56) | Hauniensis [bibl. reg.] | XIII/XIV. | »Gl. kgl. Samling«; 2036.; membr.; 4⁰. |
| 57) | Hauniensis[6]) [bibl. reg.] | XVII. | »Thott 857.« 4⁰. |
| 58) | Laurentianus [bibl. L. Florentinae] | XIV. [exeunte.] | Cod. Laurentianus 35 Plutei XXXVIII; membr.; f. 1—8: Theodoli ecl. 1—344. |
| 59) | Lincolniensis[7]) [bibl. cathedr.] | XIII. | C. 5. 8; 4⁰; membr; Theod. cum commentario. |
| 60) | Londinensis [Musei Britannici.[8])] | XIII. | Mss. Add 21 213; f. 13ᵇss. |
| 61) | Londinensis [Musei Britannici.] | XIII. [med.] | Royal 15 A VII; f. 8ss. |
| 62) | Londinensis [Musei Britannici.] | XIV. | Royal 15 A XXXI; f. 3ss. |
| 63) | Londinensis [Musei Britannici.] | XIV. | Add. 21.981; f. 1ss. |
| 64) | Londinensis [Musei Britannici.] | XIV. [fin.] | Add. 10.089; f. 2ss. |
| 65) | Londinensis [Musei Britannici.] | XII. | Ms. Burn. 251; f. 23ss. [Continet tantum commentarium Bernardi in ecl. Theoduli.] |
| 66) | Marcianus[9]) [bibl. Marc. Venet.] | XV. | Cod. mss. Lat. clas. XII. 15. Miscell.; chart.; Theoduli egloga. |
| 67) | Marcianus [bibl. Marc. Venet.] | XV. | Cod. mss. Lat. clas. XIV 230. Miscell.; chart.; (Codex olim Jacobi Morelli): Theoduli ecloga |

---

[1]) v. Heinemann I. 1. 168; Schwabe p. 30; Beck., p. 22; Leyseri »Historia poetarum et poematum medii aevi«. (Halae 1721), p. 298.

[2]) v. Heinemann I. 3. p. 176.

[3]) v. Heinemann II. 4. p. 109.

[4]) Cf. Schwab., p. 29—30.

[5]) Cf. Schwabe, p. 27—30; Beck., p. 22. Huius codicis et cod. 185 Helmst. (n. 51) lectiones, quae minoris sunt pretii, exhibet editio Beckiana, cum notat »cod. Helmst« et »codd. Guelferb«.

[6]) ἀπόγραφον superioris codicis.

[7]) Cf. Schenkl ibidem III. 1. 175

[8]) British Museum.

[9]) Anno 1478 »Petrus Montagnana donavit codicem monasterio S. Joan. de Viridario patavino«.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 68) | Marcianus [bibl. Marc. Venet.] | XV. | Cod. mss. Lat. clas. XIV. 252 Miscell.; (Cod. olim Marini Saunti); 7 membranis conscriptus ab Antonio Ysolano. |
| 69) | Matritensis[1]) [bibl. nat.] | XIII.–XV. | B. 166. 8°. membr. 85 ff.; f. 67r.—84r.: »Egloga Theodoli« cum praefatione et commentario. |
| 70) | Mediolanensis [bibl. Ambrosianae.] | XV. | H. 21. Sup.; chart ; f. 109—116: »Theodoli presbiteri de miraculis veteris et novi (!) testamenti et fabulis poetarum seu eglogarum liber.« |
| 71) | Mediolanensis [bibl. Ambrosianae]. | XV. [1402] | Y. 4. Sup.; chart.; f. 1—154: Commentarius in Theodoli eglogam.« |
| 72) | Mediolanensis[2]) [bibl. Trivultianae.] | XV. | Chart.; »Theodolii carmina« (cum notis interlinearibus.) |
| 73) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XIV. | Clm. 391; membr.; 4°; 98 ff. [Liber H. Schedelii]. f. 9—17: Theoduli ecloga cum amplissimo commento. |
| 74) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XIII. | Clm. 673; membr.; 8°; 53 ff. [Liber H. Schedelii]; f. 9. ss.: Commentarius in Theodulum. |
| 75) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. [1436] | Clm. 4146[ex biblioth. ecclesiae Augustanae S. Crucis]; 2°; 116 ff.; f. 65—70: Theoduli ecloga. |
| 76) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XIII. | Clm. 4612 [ex bibl. Benedictoburana 112]; membr.; 4°; 104 ff.; f. 48—52: Theod. ecloga cum paucis glossis theodiscis. |
| 77) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. | Clm. 5243 [ex bibl. collegii Jesuitarum in Burghausen 48]. 4°. 189 ff.; f. 160 ss.: Theoduli ecloga cum scholiis amplis. |
| 78) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. | Clm. 5594 [ex bibl. monasterii Diessensis 94]. 2°. 359 ff.; f. 298—316: »Theoduli libellus de veritate et falsitate« cum commentario et glossis. |
| 79) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. | Clm. 7597 [ex bibl. monasterii Indersdorfensis 197]; 2°; 113 ff.; f. 84—87: Theodoli ecloga. |
| 80) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XIV. | Clm. 8219 [ex bibl. monasterii ord. S. Benedicti in Metten 19]; membr.; 8°; 205 ff.; f. 1—9: Glossae in Theoduli eclogam. |
| 81) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. [1445] | Clm. 15.612 [ex bibl. mon. ord. S. Benedicti in Rot ad Oenum 112]; 4°; 272 ff.; f. 170—234: Theoduli ecloga cum commentario scripta per fratrem Rupertum Loër a. 1445. |
| 82) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. [1468] | Clm. 19.608 [Teg. 1608]; 4°; 285 ff.; f. 202—210: Theoduli ecloga. |
| 83) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XV. [1474] | Clm. 19.876 [Teg. 1876]; membr. et chartac.; 8°; 340 ff.; f. 9 ss.: Theoduli ecloga cum [f. 21 ss.] commento et fabulis super eandem. |
| 84) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | ? | Clm. 22.293 [ex bibl. canoniae ord Praemonstr. in Windberg 93]; membr.; 8°; misc.; 309 ff.; f. 41—42 versus excerpt. ex ecloga Theoduli. |

[1]) Loewe — v. Hartel, »Bibl. p. L. Hispaniensis« p. 385.

[2]) Cf. »Bibliotheca Storica Italiana . . .« tom. II. 1884. p. 435.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 85) | Monacensis [bibl. regiae pal.] | XIII. | Clm. 2601 [Alderspacensis 71]; membr.; 8°; 59 ff.; f. 1—47: Commentarius[1]) prolixus in Theoduli eclogam. |
| 86) | Muellerianus[2]) | XV. [1458] »ipsa die sancti Gregorii«. | Chartac.; 4°; 31 ff.; Theodulus cum commento. |
| 87) | Oxonianus[3]) [bibl. Bodleianae.] | XIII. [exeunte.] | Ms. Auct. F. 5. 6. (2195). [Continet tantum commentarium in Theodoli eclogam.] |
| 88) | Oxonianus [bibl. Bodl.] | XIII. | Ms. Canonici Lat. 72. |
| 89) | Oxonianus [bibl. Bodl.] | XIV. | Ms. Digby 100. [»Eclogae de miraculis Veteris Testamenti.«] |
| 90) | Oxonianus[4]) [bibl. Bodl.] | XV. | Ms. Add. A. 171; 8°; f. 38—46: Theoduli ecloga cum glossis. |
| 91) | Parisinus[5]) [bibl. a natione dictae.] | XV. | nr. 4930 [olim bibl. regiae, antea Mazarini]; membr.; forma maxima; cum glossis. |
| 92) | Parisinus[6]) [bibl. nat.] | XV. | nr. 8115 [olim bibl. regiae, antea Colbertinus]; membr.; forma maxima; cum commentario uberrimo. |
| 93) | Parisinus[7]) [bibl. nat.] | XV. | nr. 8259 [olim bibl. regiae, antea Colbert.]; chartaceus; 4°. |
| 94) | Parisinus[8]) [bibl. nat.] | XV. | nr. 8460 [olim bibl. regiae, antea Puteanus]; membr.; 8°. |
| 95) | Parisinus[9]) [bibl. nat.] | XIV. [exeunte.] | Lat. 11.344; membr.; fol. 23-28: Theod. sine commentario. |
| 96) | Parisinus [bibl. nat.] | XIII. [1289] | Lat. 15.158 [venditus ab abbatia S. Victoris Parisina]; fol. 14—34v: Theodulus cum commento. |
| 97) | Parisinus [bibl. nat.] | XV. | Lat. 15.159; chartaceus; f. 25v—37: Theod. |
| 98) | Patavinus [bibl. univ.] | XIV. | nr. 955; membr.; 8°. f. 18 ss.: »Theodoli ecloga« cum commento. |
| 99) | Remensis[10]) [bibl. municip.] | ? | Ms. 27 [A. 544]. |
| 100) | Rotomagensis[11]) [bibl. munic.] | ? | Ms. 51 [E. 251]. |

---

1) Inc.: »Philosophia et divinarum rerum scientia.«

2) Cf. Beck, p. 22; Schwab., p. 6 et p. 32—33. Ubi hac aetate sit ille codex a Schwabio inspectus et collatus (Cod. M.), nullatenus invenire potui.

3) Schenkl, »Bibl. patr. Lat. Brit.« I. 1. 77.

4) Schenkl, »Bibl. patr. Lat. Brit.« I. 1. 174.

5) Cf. Beck., p. 19. Inscriptus est: »Theoduli ecloga sive liber Paradisi.«

6) Cf. Beck, p. 19.

7) Cf. Beck., p. 19: »Apographum codicis x (== nr. 2638) esse videtur.«

8) Cf. Beck., p. 19.

9) Hunc codicem et duos, qui sequuntur, benigne me edocuit L. Delisle.

10) Rheims.

11) Rouen.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 101) | Stutgardianus [bibl. regiae.[1])] | XIV. | Cod. poet. et philol. 34 b.; membr.; 4$^{0}$; 119 ff.; f. 61$^{a}$—76$^{b}$: Theod. ecl. cum glossis marginalibus et interlinearibus. |
| 102) | Stutgardianus [bibl. regiae.] | XV. | Cod. poet. et philol., 2 h.; chartac.; 4$^{0}$. 291 ff.; f. 155$^{b}$—165$^{a}$: Theod. ecl. |
| 103) | Stutgardianus [bibl. regiae.] | XV. | Cod. philol. 19 [olim bibl. aulic.]; chartac.; Theod. ecl. cum commentario praemisso. |
| 104) | Turicensis[2]) [bibl. univ.] | XIII. | Olim monasterii Rheinau. f. 1—8$^{a}$: ecloga Theodoli. |
| 105) | Vaticanus[3]) | XIII. [exeunte.] | Vat. lat. 1479; membr.; f. 15'—25: »Theodori ecloga«; cum commentario. |
| 106) | Vaticanus | XIII. [exeunte.] | Vat. lat. 1663; membr.; continet »octo auctores«; f. 7—12': Theodoli ecloga cum variis scholiis et commentario. |
| 107) | Vaticanus | XIII. | Vat. lat. 2826; membr.; 8$^{0}$; f. 34$^{1}$—47$^{1}$: Liber Theodori; cum commentario; continet etiam versus 345—352. |
| 108) | Vaticanus | XIV/XV. | Vat. lat. 5161; membr.; 4$^{0}$; f. 1—8: »egloga Theodoli«; v. 1—352. |
| 109) | Vaticanus | XIV. | Vat. lat. 1502; membr.; 4$^{0}$; f. 24—29': »Incipit liber Theodori.« |
| 110) | Vaticanus [Reginensis.] | XIII. [exeunte.] | Vat. lat. 1556; membr.; 4$^{0}$; f. 7—12': »Incipit prologus Theodoli.« |
| 111) | Vaticanus [Palatinus.] | XIII. | Palat. lat. 242; membr.; f. 74$^{r}$—81: »De Catone Censorino et Uticensi, Aviano [auctore fabul.], Homero, Theodolo, Aratore, Prospero, Sedulio, Prudentio, Ovidio et corundem scriptis.« Finis mutilatus. |
| 112) | Vincestrensis[4]) [bibl. cathedr.] | XV. | II. A. chart.; quarto loco: »Liber Theodoli.« |
| 113) | Vindobonensis[5]) [bibl. caes. palat.] | XIV. | 312 [Salisb. 8. o.] membr.; 112; 8$^{0}$. 9.) 83$^{a}$—89$^{b}$: Theoduli ecloga. |
| 114) | Vindobonensis [bibl. pal.] | XV. [1423] | 3403 [Rec. 279], membr. et chartac., 79 ff. 3.) 44$^{a}$—79$^{b}$: Theodulus Italus, Tetrastichum cum commento. |
| 115) | Vindobonensis [bibl. pal.] | XV. [1481] | 3114 [Rec. 2193] chartac. 277 ff. 11.) 217$^{a}$—223$^{b}$: Theodulus, Egloga cum glossis interlinearibus et marginalibus. |
| 116) | Vindobonensis [bibl. pal.] | XV. | 4975 [Jur. can. 115]; chart.; 421 ff.; 4$^{0}$. 69.) 314$^{a}$—317$^{a}$: Theodulus, Eclogae fragmentum cum scholiis. |
| 117) | Vindobonensis [bibl. pal.] | XIV. [1346] | 15.071 [Suppl. 1893]; chart.; 123 ff.; 4$^{0}$. f. 85$^{a}$—101$^{b}$: Commentarius in Theodulum. |

---

[1]) »Königl. Landesbibliothek Stuttgart.«

[2]) »Zürich« (Helv.); cf. »Katalog der Rheinauer Handschriften«.

[3]) Qua aetate codices Vaticani conscripti sint, cum usque ad haec tempora non sit constitutum, debeo iudicio Dr. Henrici Pogatschercompertum; qui etiam consilio Rev. P. Ehrle, praefecti bibliothecae Vaticanae, saepius erat usus.

[4]) Winchester. Cf. Schenkl, »Bib. patr. Lat. Brit« III. 1, 49.

[5]) Omnes Vindobonenses enumerantur in libro, qui inscribitur: »Tabulae codicum manu scriptorum ... in bibl. palatina Vindobonensi asservatorum«. Vindobonae 1868.

| | tit.: | saec.: | not.: |
|---|---|---|---|
| 118) | Vorcestrensis[1]) [bibl. cathedr.] | XIV. [ineunte.] | F. 147; membr,; secundo loco: Theodoli ecloga; mutilata. |
| 119) | Vratislavianus[2]) [bibl. univ.] | XV. | Cl. IV. Qu. 53; chartac.; fol. 153—183: Theod. cum commentario prolixo. |
| 120) | Vratislavianus [bibl. univ.] | XV. | Cl. IV. Qu. 64; chartac.; f. 266—274: Theod. |
| 121) | Vratislavianus [bibl. univ.] | XV. [1445] | Cl. IV. Qu. 66; chartac.; f. 301—311: Theod. |

Praeter hos codices noti olim fuerant quidam, qui hac aetate vel deperditi sunt vel sese in latebras abdiderunt: E. gr, codex Lunaelacensis[3]), cod.Fabricii[4]), cod. Sanderi[5]), cod. Leyseri[6]), codices, quibus usi sunt antiqui Theoduli editores: Quot eorum inter eos codices, quorum lectiones mihi non conferendas esse censui, contineantur, non novi.

---

## Caput tertium.

## De editionibus Theoduli.

Mirum est, quoties Theoduli ecloga post inventam artem typographicam in lucem edita sit: Nam quinquaginta fere saeculi XV. exeuntis et ineuntis XVI. editiones habemus compertas; qua re dilucide probatur hunc auctorem illa aetate discipulis vulgo legendum praebitum esse.[7]) Turbidis denique belli tricenarii temporibus submotus oblivione quasi obrutus est, ita ut tres editiones singulis saeculis a XVII. usque ad XIX. factae notitiam fere aequalium fugerint et perrarae in bibliothecarum tenebris, ut ita dicam, vitam trahant.

---

1) Worcester. Cf. Schenkl ibid. III. 2. 64.

2) Breslau.

3) Mondsee, abbatia antiquissima (748) omnium Austriae superioris. »Nach dem Verzeichnisse in der Mantissa zum Chronicon Lunaelacense (Pedeponti 1748) besaß die Bibliothek von Mondsee im Jahre 1748 Glossen zu Theodul.« Haec debeo Dr. Conrado Schiffmann.

4) Cf. Schwab., p. 33; Beck., p. 29.

5) Cf. Schwab., p. 34.

6) Cf. Leyseri »hist«, p. 293—299.

7) Fr. Aug. Eckstein, »Lateinischer und griechischer Unterricht«; herausgegeben von Schrader (Leipzig 1887), S. 60: »Von modernen Dichtungen sind gelesen: Die Alexandreis von Walther von Chatillon, Theoduli (oder vielleicht Theodori) ecloga, Alanus ab insulis . . .« Cf. Jannsen, »Geschichte des deutschen Volkes« . ., I. 65: Ibi scriptum legimus Joannem Eckium, natum anno p Chr. n. 1486, iam ante, quam anno 1498 in academiam Heidelbergensem transiit, in domo parochi cuiusdam rusticani, patrui sui, cum Vergilii Bucolica tum Theoduli eclogam perlegere solitum esse. Cf. Schiffmann, »Das Schulwesen im Lande ob der Enns« (Linz 1901), p. 193 et 195.

Ex editionibus, quae ad memoriam nostram pervenerunt, prius illas enumerabo, quae nihil continent nisi Theodulum; secundo vero loco eas, in quibus Theoduli ecloga legitur inter alios auctores quosdam, qui habebantur morales.

A) Editiones solam eclogam Theoduli continentes:

I. Editio princeps[1]) eclogae Theoduli: 1481. 4°.

II. Theodolus cum commento. 4°. Cuius editionis in fine leguntur haec: »Succinctissima explanatio Theodoli finit feliciter. Impressum Rothomagi[2]) per Iacobum le forestier commorantem ad insignium tegule auree iuxta conventum Augustinorum«; (sine anno).

III. Theodolus cum commento.[3]) Exhibet tesseram Felicis Baligault Parisini; s. a.

IV. Theodolus cum commento;[4]) 4°. In fine haec: »Impressum per Laurentium hostingue et Jametum lovys, commorantes Rothomagi pro Jacobo le forestier . . .«; s. a.

V. Theoduli ecloga;[5]) sine loco; 1487. 4°.

VI. Theoduli ecloga.[6]) »Impressa Parisii per Petrum Levet; s. a.; 4°.

VII. Theodolus cum commento.[7]) 4°. Cuius in fine: ». . . magistri Odonis[8]) natione Picardi in Theodolum succinctissima explanatio finit feliciter. Impressaque Parisii per Petrum Levet anno salutis M°CCCC LXXXVIII°. die vero XII. Januarii«.

VIII. Ecloga Theoduli:[9]) Cuius in fine legitur: »Egloge theoduli finis impresse liptz[10]) per Conradum Kacheloven. Anno salutis 1489«. 4°.

---

[1]) Hain repert. tom. II./2 p. 410; Beck. p. 22; quam editionem (quae ubi adhuc exstet, incertum est) habebat olim bibliotheca clarissimi illius Petavii, cuius codices manuscripti per reginam Succiae, Christinam, bibliothecae Vaticanae dono dati sunt. Cf. »Bibliotheca Petaviana et Mansartiana ou Catalogue des bibliothèques de . . Petau et Fr. Mansart.« La Haye (= Haag) 1722. Quae editio numadhuc exsistat in rerum natura, diligentissima inquisitione adhibita tamen in dubio mihi reliquendum est.

[2]) Rouen. Cf. Beck., p. 23.

[3]) In bibliotheca nationali Parisina (m. yc 324) et in aulica Karoloruhensi. — Incertum est, fueritne hic liber olim pars editionis auctorum octo ab eodem Baligault adornatae. (Delisle).

[4]) Cf. Beck, p. 23.

[5]) Cuius editionis in bibliotheca Oxoniana asservatae lectiones quasdam exhibebo (»Oxon«.).

[6]) In Britannico Museo; in bibl. Bodleiana Oxonii.

[7]) In bibl. nation. Parisina (Réserve, m. yc. 323), in Museo Britannico; cf. Beck. p. 23.

[8]) Eiusdem, cui Carolus VI., rex Francogalliae, filium suum Ludovicum educandum tradidisse fertur; defunctus est Odo anno 1415. (Delisle.)

[9]) Beck., p. 23; Hain 15.482; in bibl. palat. Vindobonensi et Monacensi, in bibl. Bodleiana Oxonii, in Museo Britannico, in bibl. regia Stutgardiana et ducali Guelferbytana, in bibliothecis acadd. Bambergensis, Gottingensis, Graecensis etc.

[10]) = Lipsiae (Leipzig).

IX. Theoduli ecloga. Parisiis, Cayllaut,[1]) 1491.

X. Theoduli ecloga. Cadomi,[2]) P. Regnault[3]); s. a.

XI. Ecloga Theoduli: Cuius in fine legi: »Egloge Theoduli cum notabili commento feliciter finem habent. Impresse in sancta civitate Coloniensi per Henricum Quentell.[4]) Anno incarnationis domini 1492, tertio nonas Septembris.« 4°.

XII. Ecloga Theoduli; iterum edita per Conradum Kacheloven, Liptz,[5]) 1492. 4°. 62 ff.

XIII. Ecloga Theoduli. Quentell, Coloniae,[6]) 1494. 4°.

XIV. Theodulus cum commento. Lugduni,[7]) 1494. 2°.

XV. Ecloga Theoduli. Quentell, Coloniae,[8]) 1495, »tertio Idus Februarii«. 4°.

XVI. Theodolus[9]) cum commentario; s. l. et a.; 65 ff.; 4°.

XVII. Theodolus;[10]) s. l. et a.; 8 ff.; sed primam scidam demptam esse constat. 8°.

---

[1]) In bibl. reg. Bruxellana.

[2]) = Caën.

[3]) Asserv. in bibl. regia Bruxellana.

[4]) Beck., p. 22; Hain 15.484. (Faulmann pp 174, 219, 230). — Invenitur haec editio, cuius verba a Schwabio et me comparata nota »ed. Col.« instruam, in Museo Britannico, in bibl. regia Berolinensi et Hauniensi, aulica Badensi et Hassiensi, in bibl. acadd. Bambergensis, Budensis, Lipsiensis, Oxoniensis, in bibliothecis civitatum Coloniensis (— Inc. 198 —) et Lipsiensis etc.

[5]) Hanc editionem diligentissime exaratam Schwabius et ego in manibus habuimus; quam in commentario dicemus, quotiescumque »ed. Lips.« laudabimus. Editiones Lipsienses et Colonienses ex eodem codice depromptae esse videntur, sed cum in Lipsiensi multa codicis et Quentellianae editionis vitia ingeniose emendata videantur, meliorem ex illa concipiemus codicis imaginem. Repperi hanc editionem in bibll. Vaticana, Bodleiana, regia Monacensi et Stutgardiana, in Britannico Museo, in bibl. aulica Darmstadiana, in bibliothecis universs. Argentoratensis, Basileensis, Budensis, Gottingensis, Lipsiensis, Upsalensis, Vindobonensis, in bibll. civitatum Lipsiensis et Norimbergensis, in bibl. monasterii Mellicensis (Austriae) etc.

[6]) Beck., p. 23; Hain 15.485.

[7]) Beck., p. 23.

[8]) Beck., p. 23; Hain 15.486; Panzer I. 310, 247; asserv. in bibll. Vindobonensi palatina, nationali Parisina, regia Berolinensi et Hauniensi, in Britannico Museo, in aulica Darmstadiana, ducali Guelferbytana, Bodleiana Oxonii, monasterii Mellicensis, in bibliothecis acadd. Gottingensis, Upsalensis, Vratislavianae etc.

[9]) Hanc Schwabius manibus pressit (cf. p. 42—44) et κατ' ἐξοχὴν »Veterem« appellavit; quam significationem retinebo. Editio quaedam a Freytagio in »Apparatu litterario« vol. I. p. 497—501 descripta huic veteri admodum affinis esse videtur (Beck., p. 6 et 22). Editiones quaedam in bibll. civitatum Francofordianae et Norimbergensis et universitatum Regiomontanae et Gottingensis (— omnes sine l et a, 65 foliorum —) ab hac vetere non abhorrere videntur. Foliorum certe idem est numerus. Liber (Gram. 2957), qui in bibl. Jagellonica Cracoviae asservatur, certissime a »Vetere« non abhorret, cum etiam lectiones omnes congruant.

[10]) In bibl. nationali Parisina (Réserve p. yc. 1334).

XVIII. Theodulus; ed. Parisina apud Denis Pace[1];) s. a.

XIX. Ecloga Theoduli; p. Conradum Kacheloven, Lipsiae,[2]) 1499. 4⁰.

XX. Theodulus cum commento. Impr. Londini ap. Punson;[3]) s. a.

XXI. Theodulus cum commento. Impr. Rothomagi ap. Gaullemier,[4]) s. a.

XXII. Theodolus cum commento. »Impressus per Richardum Auzoult[5]) commorantem Rothomagi pro Roberto Mace anno 1505 die 1. Aprilis.«

XXIII. »Liber Theodoli cum commento noviter impressus. Venundatur Londini[6]) apud bibliopolas in cimeterio sancti Pauli«. In cuius fine leguntur haec: »Sanctissima explanatio Theodoli finit feliciter. Impensis Jodoci Pelgrim et Henrici Iacobi, in hoc opere sociorum. Anno 1508«. 4⁰. [Quam editionem a Schwabio inspectam »ed. Lond.« laudabo.«]

XXIV. »Theodolus[7]) inter sacros codices connumerandus una cum dilucida ac familiari expositione nuperrime impressus Cadomi[8]) per Laurentium Hostingue.« Cuius in fine: »Succinctissima explanatio Theodoli impressa Cadomi, impensa Michaelis Angier et Johannis Macé, bibliopolarum huiusce universitatis Cadomensis, opera vero Laurentii Hostingue, anno Domini millesimo quingentesimo nono, die vero septima mensis novembris.« 4⁰.

XXV. »Theodoli liber cum commento: impensis Wynandi de Worde[9]) Londiniis in Fletestrete sub intersignio solis commorantis: anno 1515 die X. mensis Martii«. 4⁰.

XXVI. »Theoduli duellum«. Lugduni[10]) 1578. 8⁰.

XXVII. »Theoduli ecloga; . . . edidit J. G. S. Schwabe.[11]) Altenburgi (ex officina Richteria). 1773. 8⁰.

---

[1]) In Britannico Museo.

[2]) Hain 15.487.

[3]) In Britannico Museo.

[4]) In Britannico Museo.

[5]) Cf. Schwabii ed. p. 42.

[6]) In Museo Britannico; in bibll. univ. Gottingensis et Monacensis et Bambergensis, in bibl. Bruxellana et Oxoniana.

[7]) In bibl. nat. Parisina (Réserve p. yc. 1619).

[8]) = Caën.

[9]) In Museo Britannico; in bibl. Bodleiana; cf. Beck., p. 23.

[10]) Beck., p. 24.

[11]) In bibl. palat. Monacensi et Vindobonensi, aulica Darmstadiana, in bibll. civitatum Bernensis et Hamburgensis, acadd. Argentoratensis, Bonnensis, Gottingensis, Lipsiensis, Monacensis, Regiomontanae, Turicensis (Helv.), Upsalensis, Virceburgensis, Vratislavianae etc. Quam editionem ut aere pararem, quod in Beckiana apud rerum antiquarum coemptores nullatenus perficere potui, contigit mihi.

XXVIII. »Theoduli eclogam e codicibus Parisinis et Marburgensi recensuit et prolegomenis instruxit Aug. Aemil. Alfr. Beck,[1]) phil. doct.« Sangerhusiae apud Dittmarium. 1836. 8°.

B) Editiones, quae praeter Theoduli eclogam alios auctores exhibent:

XXIX. »Auctores cum glosa (!) octo libros subscriptos continentes: videlicet Cathonis, Theodoli, Faceti, Cartulae, alias de contemptu mundi, Tobiadis, parabolarum Alani, fabularum Esopi, Floreti«. Cuius libri in fine legitur: »Lugduni per Johannem de prato.[2]) Anno Domini MCCCCLXXXVIII. die ultima Decembris«. 4°.

XXX. »Auctores octo opusculorum;« impressi Lugduni per Johannem de prato.[3]) 1489. 4°.

XXXI. »Auctores octo opusculorum;« cum glossa; impressi Lugduni. Faber.[4]) 1490.

XXXII. »Auctores octo opusculorum;« impresse Angoulême.[5]) 1491. 4°. [Theod. sine commento.]

XXXIII. »Actores (!) octo libros subscriptos continentes: videlicet Cathonis,[6]) Faceti, Theodoli, de contemptu mundi, . . .«; s. l. et a. 8°

XXXIV. »Auctores octo opusculorum;« Lugduni; Lambilloy;[7]) 1492.

XXXV. »Auctores octo opusculorum cum commentariis diligentissime emendati.« Lugduni.[8]) 1494. 2°.

XXXVI. »Auctores octo opusculorum.« Lugduni.[9]) 1495.

XXXVII. »Auctores octo opusculorum.« Marescall et Chauward, Lugduni.[10]) 1496.

XXXVIII. »Auctores octo opusculorum.« Parisiis, Baligault;[11]) s. a.

XXXIX. »Auctores octo opusculorum.« Lugduni,[12]) 1498.

---

[1]) Eodem anno Marburgi Hassiae (— diss. inaug. loco —) ab eodem edita erat. Repperi in bibl. palat. Vindobonensi et Monacensi, regia Stutgardiana, Bodleiana Oxonii, in bibll. univv. Cadomensis, Lipsiensis, Monacensis, in bibl. aulica Darmstadiana, alibi.

[2]) = Dupré; — in bibl. regia Hagae Comitis [Haag, Holland]; in bibl. regia Dresdensi.

[3]) Beck., p. 23; in bibl. Bruxellana, Bodleiana (Oxonii).

[4]) In bibl. Bruxellana, bibl. univ. Lausanensis.

[5]) In bibl. nationali Parisina [m. yc. 32]; in Museo Brit. [ff. 62].

[6]) In bibl. Bernensi, in Museo Britannico, in bibl. nationali Parisina [m. yc. 56.].

[7]) In bibl. Bruxellana.

[8]) Beck., p. 23; in bibl. nat. Parisina (m. yc. 29); in Brit. Museo.

[9]) In bibl. nat. Parisina (m. yc. 30).

[10]) In bibl. Bruxellana et bibl. regia Hagae Comitis.

[11]) In bibl. Bruxellana. Cf. nr. III. cum nota.

[12]) Bibl. civit. Bernensis (Helv.) et univ. Basilensis (Helv.).

XL. »Auctores octo opusculorum.« Lugduni,[1]) 1502.

XLI. »Auctores octo opusculorum;« per Stephanum Baland,[2]) Lugduni, 1505. 4⁰.

XLII. »Auctores octo morales.«[3]) [... Cathonis, Faceti, Theodoli,...]; s. l. et a.; 4⁰.

XLIII. »Auctores octo morales.« Lugduni,[4]) 1507. 2⁰.

XLIV. »Auctores octo«. Impr. Rothomagi[5]) p. Petrum Olivier, 1507: In hoc opere »Theodolus cum commento«.

XLV. »Actores (!) octo opusculorum«; »Lugduni, impressi per Joannem de la place[6]) et Jacobum myt. Anno domini 1509«.

XLVI. »Auctores octo opusculorum« cum commentariis . . .: Venumdantur Lugduni et Tholose a Joanne de Clauso[7]) et J. Robioni bibliop. sociis«. 1511. 4⁰.

XLVII. »Autores (!) cum suis commentariis: scil. Catonis romani sententiae morales — Theodulus Aegloga, . . .«, Excuditantur diligentius Lugduni per Antonium du Ry.[8]) [Editor Simon Vincent.] s. a. 4⁰. 132 ff.

XLVIII. »Auctores octo opusculorum«. Lugduni,[9]) 1519.

XLIX. »Theoduli ecloga« (una cum Catone): Lugduni, J. Marion,[10]) 1519. 4⁰.

L. »Auctores octo morales«. Lugduni,[11]) 1520. 4⁰.

LI. »Auctores octo morales«. Lugduni,[12]) 1525. 4⁰.

LII. »Auctores octo morales« cum appendicibus.... Joannis Raenerii[13]) opera emaculatiores; impressi per Theobaldum Paganum (=Thiebauld Payen). Lugduni, 1538. 8⁰.

LIII. »Theoduli ecloga« (una cum libro »de contemptu mundi«); . . . per Joannem Raenerium,[14]) Lugduni, 1538. 8⁰.

---

[1]) In bibl. Bruxellana.

[2]) In bibl. regia Hagae Comitis.

[3]) In bibl. Vittorio Emanuele Romae. (70. 3 A. 46)

[4]) In bibl. univ. Lipsiensis.

[5]) In bibl. civit. Rothomagensis.

[6]) In bibl. univ. Upsalensis [Sueciae]; deinde in »k. k. Studienbibliothek«, Salisburgi. [V. 8 H 140.]

[7]) In bibl. palatina Vindobonensi. Hanc editionem, quoties eius lectiones afferam, »Lugd.« signabo: cuius in lectionibus arctissimus nexus cum editione »Vetere« [nr. XVI.] inest, ita ut earum auctores eodem codice usi esse videantur.

[8]) In bibl. Marciana (Veneta).

[9]) In bibl. nation. Parisina, (m. yc. 1039); in Britannico Museo.

[10]) In Bodleiana Oxonii.

[11]) Beck., p. 23.

[12]) In Britannico Museo.

[13]) In bibl. Bodleiana et Marciana; in bibl. ducali Karoloruhensi; in bibl. publica Genevensi (Helvetiae), univ. Upsalensis [Sueciae].

[14]) Beck., p. 23.

LIV. »Manuale biblicum« Goldasti[1]) (continens inter alios a p. 22 Theodulum), Francoforti, 1610, (1618, 1620). 8⁰.

*

Ex harum editionum, quas summa tantum adhibita opera rescivi, lectionibus quibusdam commentarii huius locis me eas allaturum, quae mihi ex deperditis codicibus manu scriptis fluxisse viderentur, iam supra dixi: Sunt vero editiones »Vetus« (s. a.), »Oxoniensis« (1487), Lipsiensis (1492), Coloniensis (1492), Londinensis (1508), Lugdunensis (1511), Goldastiana (1610); etiam Schwabianae editionis (1773) saepius mentionem faciam; quarum ex numero »Veterem«, Oxonianam, Lipsiensem, Coloniensem, Londinensem, Lugdunensem, Schwabianam propriis manibus tenui; de »Goldastiana« Beckius mihi auctor fuit.


* * *

Decem[2]) harum 54 editionum nullibi deprehendere potui; et quamvis non dubitem Beckio, Hainio, Schwabio fidem habere, tamen interdum mihi in mentem venit eos viros circa unum alterumve annum forte errasse.

---

[1]) Beck., p. 24; in Bodleiana etc.

[2]) Sunt vero, quos adduxi sub num. I., II., IV., XIII., XIV., XIX., XXII., XXVI., L., LIII.



## Caput quartum.

Editio eclogae ad viginti quattuor codices manuscriptos denuo castigatur.

# Theoduli ecloga.

Aethiopum terras iam fervida torruit aestas,
In cancro solis dum volvitur aureus axis;
Compuleratque suas tiliae sub amoena capellas
Natus ab Athenis pastor cognomine Pseustis;
Pellis pantherae corpus cui texit utrimque
Discolor et rigidas perflavit fistula buccas
Emittens sonitum per mille foramina vocum.
Ad fontem iuxta pascebat oves Alithia,
Virgo decora nimis David de semine regis
Cuius habens citharam fluvii percussit ad undam.
Substiterat fluvius tanta dulcedine captus
Auscultando quasi modulantis carmina plectri
Ipseque balantum grex obliviscitur esum.
Non tulerat Pseustis, sed motus felle doloris
Litoris alterius proclamat ab aggere tutus:

---

De inscriptione: cf. p. 7, not. 1.

Versus [1]) ethiopum: ζ, ι, κ, ξ, π, υ, ω, rell.; etiopum: φ; etyopum: χ. [2]) volvitur aureus: ω, rell.; aureus volvitur: δ. [3]) capellas: ω, rell ; capella: η; caprellas: δ. [4]) athenis: ι, ω, rell.; atenis: ζ; atenis (man. post.: athenis): υ; — cognomine: ι, ω, rell.; con nomine; ψ; cum nomine: Col. et Lips ; pastor nomine pseustis: δ; pastor ab at[h]enis natus cognomine pseustis: υ, [in quo codice hic versus positus est ante versum 3.] [5]) corpus cui: η, ι, κ, π. ρ, σ, ω; cui corpus: ξ, υ, λ, φ. χ, ψ, rell., [Vet. Beck.]; corpus contexit: ζ; cuius corpus: δ; — utrimque: ι, κ, π, ω, γ, ν, ρ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; utrinque: Beckius; in codd. α, β, ε, ο a secunda manu »utrumque«: mutatum est in »utrimque«; utrumque: η, ξ, υ, φ, rell., [Schwab.]; utrunque: ζ. [6]) discolor et: ω, rell.; disculor et: ζ: »et« deest in cod. ψ; — rigidas: ω, rell ; varias: β; [sec. manus: rigidas]; — buccas: ω, rell.; bucas: η. [8]) ad: ω, rell.; at: ζ, η, κ, υ, [Schwab.]; — alithia: ζ. ι, κ, ξ, υ, σ, cod. Vat. 2826, [ed. Vetus, Oxoniensis, Lugdunensis]; alicia: η, α. Vat. 1479; allicia: ε; alethia: π, Vatic. 5161; alechia: γ; alathia: δ. λ, ρ, σ. Vaticc. 1556 et 1663, [Col.-Lips.]; alathya: Vatic. 1502; alatia: ω, ο. ν, φ, χ, ψ. [9]) de semine: η. ι, π, υ, rell.; ex semine: ζ, ω. [10]) citharam: ζ, ι, ξ, π, υ, rell.; citheram: σ; cytharam: η, ω, λ. ρ, σ; — percussit: ι, υ, rell.; percusserat: ζ. [11]) substiterat: ζ, ι, κ, ξ, υ, rell.; sustiterat: η, π, α, γ; astiterat: φ. [12]) auscultando: ζ, ν, ξ, υ, rell.; ascul. tando: η, π, α, β, ε. ν, ο, σ. [13]) balantum: ω, rell.; ballantum: δ; — esum: ω. rell.; aesum: ι. [14]) non tulerat: η, ι, κ, ξ, π, υ, ω, rell.; etulerat: ρ; contulerat: ζ; non tulit hoc: χ; non tulit haec. ed. Goldast.; — doloris: ω. rell.; draconis: edd. Col. et Lips. [15]) litoris: η, ι, ξ, π, ω, [Vetus]; litteris: ζ; littoris: υ, φ, χ, ψ, [Beck.]; — ab aggere: ω, rell.; augere: η; abgere: π; — tutus: ζ, η, ι, κ, π, ξ, υ, rell.; totus: ω; in cod. ψ versus 15 legitur ante v. 14 scriptus

»Cur, Alithia,' canis rebus stultissima mutis?
Si iuvat, ut vincas, mecum certare potestas:
Fistula nostra tuum cedet, si vincis, in usum;
Victa dabis citharam; legem coeamus in aequam«.
Illa refert: »Nec dicta movent nec praemia mulcent
Me tua nunc adeo, quia vulnere mordeor uno:
Quo res cumque cadit, testis nisi sedulus assit,
Si victus fueris, non me vicisse fateris.
Sed quia mutari nescit sententia coepti,
En adaquare gregem, simul et relevare calorem
Nostra venit Fronesis; sedeat pro iudice nobis«.
Pseustis ad haec: »Video, quod eam sors obtulit ultro.
Huc ades, o Fronesi! nam sufficit hora diei,
Ut tua iam nostro postponas seria ludo«.
Tunc mater Fronesis: »Adaquato me grege quamvis
Accelerare domum iussisset uterque parentum
Nec dubitem poenas, si quicquam tardo, paratas,
Laeta feram talis praesumens gaudia litis.

---

17) mecum certare: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, ω, β, γ, λ, ν, ο, σ; mecum est certare: rell. 18) cedet, si vincis: η, κ, ω, ε, σ, Vat. 2826, [ed. Schwabii]; cedat, si vincis: π, γ, Vatt. 1502 et 5161; si vincis, cedet: ζ, υ, ρ; si vinces, cedet: β; si vincas, cedat: ξ, ψ, [edd. Col.-Lips., Vetus, Oxoniensis, Lugdunensis]; si vincas, cedit: λ, χ; si vincas, cedet: φ, Vatt. 1479, 1556, 1663, [Beckius]; cedet, si vincas: ι. 19) citharam: ι, ξ, π, υ, rell.; cytharam: ζ, η, κ, ρ, φ; cyteram: ψ; — coeamus: ζ, ι, ξ, π, υ, ω, rell.; coheamus: α, β, ε, ο: coehamus: σ; calcamus: ed. Schwabii. 20) nec: υ, rell.; ne: η; — movent: ι, υ, ω, rell.; monent: β, φ. 21) nunc: ι, ξ, υ, rell.; non: ζ, β; sed: γ; in φ deest totus versus 21; — quia vulnere mordeor: η, ι, π, υ, rell.; quia vulnere mordear: β, λ, ξ; quum vulnere mordear: δ; — uno: υ, rell.; ullo: β [prima manus]. 22) cadit: ι, υ, rell.; cadet: χ; — testis nisi: ζ, ξ, π, υ, σ, [Schwab.]; testis ni: κ; nisi testis: η, ι, λ, rell., [Beck.]; — assit: ζ, ι, κ, ξ, λ, ρ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Vetus, Lugd.]; cf. v. 287; adsit: η, π, υ, σ, rell., [Beck.]. 24) mutari: ϑ, rell.; mutare: ψ; — cepti: ζ, ϑ, ξ, π, υ; cepti [supra: veri]: ρ; veri: η, ι, κ, rell., [Beck.]. 25) adaquare: η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; ataquare: λ; adaequare; δ, [Col.]; — gregem: υ, rell.; greges: ϑ. 26) fronesis: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell ; cf. fronimus: Dümmler I. 61 (v. 37). frones: ξ; fronessis: η; fronsis: δ; phronesis: Beckius. 27) ad hec: ζ, η, ϑ, ι, ξ, π, υ, rell.; ad hoc: κ; ait: α, [Goldast., Schwab.]; — video: ϑ, rell.; deest in ξ; — eam sors: ι, κ, υ, rell.; eam sros: ϑ; iam (sine: sors): η; sors eam: δ; — obtulit: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; optulit: ϑ, ρ, σ; aptulit: ν, detulit: α, [Vetus]. 28) huc: ι, υ, rell.; hunc: ϑ; — ades: ϑ, rell ; addes: δ; — o fronesi: ζ, η, ϑ, κ, ξ, υ, rell.; o fronesis: ι, π; — nam: deest in φ; — hora: ϑ, rell.; ora: υ. 29) ut: ϑ, rell.; et: χ; — ludo: ϑ, rell.; luto: σ. 30) tunc: ζ, η, ι, κ, ξ, rell.; tum: ϑ, π, υ; nunc: λ; — inquit ad hec fronesis: β. 31) iussisset: ζ, ϑ, ι, κ, ξ, υ, rell.; iusisset: π; iusset: η; iussit: δ, φ. 32) nec dubitem: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, ρ, σ, φ, χ, [Schwab.]; nec divitem: ϑ; nec dubito: λ, ψ, rell., [Col.-Lips., Beck.]; non dubito; α, ο, [ed. Vetus, Lugd., Lond., Goldast.]; — quicquam: ϑ, rell.; quidquam; ξ; — tardo: ϑ, rell.; perdo: ζ. 33) leta feram: η, ϑ, ι, κ, υ, rell.; leta manens: ξ; fero libens: δ.

Perge prior, Pseusti, quia masculus; illa sequaci
Aequabit studio. Sit tetras in ordine vestro,
Pitagorae numerus. Sol augeat, obsecro, tempus«.

Pseustis.

Primus Cretaeis venit Saturnus ab oris
Aurea per cunctas disponens saecula terras;
Nullus ei genitor nec quisquam tempore maior;
Ipso gaudet avo superum generosa propago.

Alithia.

Incola primus homo fuit in viridi paradiso,
Coniuge vipereum donec suadente venenum
Hausit eo cunctis miscendo pocula mortis:
Sentit adhuc proles, quod commisere parentes.

Pseustis.

Splendorem tanti non passus Juppiter auri
Expulit illatis patrem crudeliter armis;
Decolor argento mundi successit imago
Et iam primatum dedit illi curia divum.

---

[34]) perge: ϑ, rell.; lege: σ; — pseusti: ζ, ϑ, κ, ξ, υ, rell.; pseustis: η, ι, π, ε, σ, χ, ψ. [35]) equabit: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; equavit: ϑ, δ; — sit tetras: ζ, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; sed tetras: σ; sit: deest in ϑ; tetras sit: γ, [Schwab.]; — vestro: ζ, η, ϑ, κ, π, υ, rell.; nostro: ι, σ. [36]) pitagore: ϑ, κ, ξ, π, rell.; cf. Duemmler I. 409, 410; pittagore: υ; pitagole: η; pictagore: σ, [ed. Lugd.]; pytagore: ρ, χ; phytagore: ι; pythagore: ζ, [Vetus, Beckius.].

[37]) creteis: η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; cretheis: ζ, φ, χ, [Vet.]; cretheris: λ; ceteris edd. Col. et Lips.; — venit saturnus: ϑ, υ, rell.; saturnus venit: φ, χ, ψ, [Beckius]; — oris: ζ, η, ϑ, ι, π, υ, rell.; horis: κ, ξ, λ, ρ, σ, φ. [39]) in codd. β et ψ versus 39 legitur post versum 40. [40]) ipso: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; ipse: χ, ϑ [sed corr.: ipso]; tali: δ; — superum: ϑ, rell.; supperum: δ.

[41]) primus: ϑ, rell.; prius: ψ; — paradiso: ϑ, ι, υ, rell.; paradyso: κ, λ, ρ; pardyso: ζ. [42]) vipereum: η, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; viperum: ϑ; viperium: λ, χ; viperio: δ. [43]) hausit: ι, rell.; ausit: ϑ, υ; — eo: ϑ, rell.; qo; ψ; — miscendo: ϑ, ι, ξ, π, υ, rell.; commiscens: η [— sed in loco eraso fuisse videtur: propinans]; propinans: ζ, κ, ρ, ψ. [44]) adhuc: η, ϑ, ι, κ, υ, rell.; aduc: ξ, π, χ; — quod: ι, ξ, υ, rell.; quid: ϑ; que: ψ, [Goldast.]; — commisere: η, ι, κ, π, υ, rell.; comisere: ϑ, ξ, φ.

[45]) iuppiter: ϑ, ξ, π, σ, ω, [Col.-Lips.]; cf. Duemmler-Traube I. 5, 44, 120, 392; II. 21, 60, 61, 70, 128, 287, 364, 488, 491, 644; III. 92, 95, 110, 359, 465; iupiter: ζ, η, ι, κ, υ, [— sed hic cod. in v. 62: pp. —], λ, ρ, φ, χ, ψ, [Vetus, Lugd., Beck.]. [46]) expulit: ζ, η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, rell.; expullit: φ; exuit: ε; expellit: ω. [47]) decolor argento: ζ, η, κ, ξ, ρ, σ, ω; decolor argenti: ϑ, π; discolor argento: ι, υ, α, β, ε, ν, ο, φ, χ, ψ, [Oxon., Lugd., Beck.]; discolor argenti: δ, [Schwab.]; — mundi: ι, ω, rell.; mundo: ζ, ϑ, γ, ε; — successit: ϑ, ω, rell.; succedit: κ; — imago; ϑ, ω, rell.; immago: σ; ymago: λ, φ, χ, ψ. [48]) et iam ϑ, κ, π, υ, rell ; etiam: η, ι, ξ, ω, ρ; — dedit: ϑ, ω, rell.; tedit: λ, σ.

Alithia.

Exulat eiectus de sede pia protoplastus
Ac cinis in cinerem naturae mutat honorem.
Ne tamen aeterni temeremur stipite pomi,
Flammeus ante fores vetat ensis adire volentes.

Pseustis.

Egregio Cecropi debetur causa litandi:
Ille bovis primo rimatus viscera ferro
Sacra Jovi statuit, quae posteritas celebravit;
Condidit Athenas; adiuvit nomine Pallas.

Alithia.

Immolat ante Deum Cain de semine frugum;
Frater Abel iustus dedit acceptabile munus
Sponte ferens agnum; (— talis decet hostia Christum —);
Ense cadit fratris; loquitur post funera mortis.

Pseustis.

Licaon Arcas caelestes provocat iras,
Quando suas aedes invasit Juppiter hospes,

---

[49]) exulat: ι, υ, ω, rell.; exultat (!): ϑ; — eiectus: ϑ, ω, rell.; erectus: ψ; — pia: ϑ, ω, rell.; sua: χ; — protoplastus: ζ, κ, ξ, υ, ω, rell.; cf. Duemmler-Traube II. 199, 252; III. 334, 340, 377, 380, 634; prothoplastus: ι, φ χ, ψ; protoplautus: η, π; prothoplaustus: ϑ, λ, σ. [50]) ac: ϑ, rell.; at: γ, σ; — nature: ζ, η, ϑ, ι, ξ, υ, ω, rell.; natare: κ; mutat honorem nature: π. [51]) ne: ι, rell.; nec: η, ϑ; — temeremur: η, ϑ, ι, κ, ξ, π, υ, ω, rell.; teneremur: ζ, δ, λ, ψ, [Col.-Lips]; — pomi: ζ, η, ϑ, ι, π, υ, ω, rell.; ponti: κ; poni: γ, [Col.]. [52]) flammeus: ϑ, ω, rell.; flameus: η; fflameus: φ; — volentes: ϑ, rell.; nolentes: α.

[53]) cecropi: ζ, ϑ, κ, ξ, π, ω, rell., [Lips.]; cicropi: η, ι, υ, σ, [Lugd.]; ciceroppi: δ; cycropi: β, γ, ε, ν, ο, ψ, [Col., Vet.]; cicrapi: α; cytrapi: λ; citropi: φ, χ; — debetur: ι, υ, ω, rell.; devetur: ϑ; tebetur: σ; — causa: ϑ, ω, rell.; cura: γ; caussa: Schwabius. [54]) bovis: ϑ, ι, ω, rell.; bonis: δ, φ, ψ; bonus: [ed. Goldasti]; — primo: ϑ, ω, rell.; primus: ε; ferro: η, — rimatus: η, ξ, π, υ, ω, rell.; rimatu: ϑ; rimatur: ζ, ι, α, ε, ν, ο, φ, [Col.-Lips. Vet., Lugd.]; — ferro: ϑ, rell.; primo: η. [55]) statuit: ϑ, rell.; studuit: ζ. [56]) athenas: ϑ, ι, ω, rell.; atenas: ζ, υ; — adiuvit: ϑ, rell.; audivit: ν; — pallas: ϑ, ω, rell.; pellas: η, [Vet., Lugd.].

[57]) immolat: ϑ, rell.; ymmolat: χ; — cain: ζ, ξ, υ, ω, rell.; caim: ι, κ, cahim: η; chaim: β, γ; cayn: ϑ, π, ρ, σ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; caym: ε, ν; chaym: λ; — versus 59—62 in cod. ψ exciderunt per errorem (— frater — fallere —); quos in margine manus s. XV. adduxit. [59]) decet hostia: ϑ, ω, rell.; decet ostia: ξ; ostia decet: π. [60]) post funera mortis: ζ, η, ι, κ, ξ, π, υ, ω, β, ρ; cf. »Gesta Apollonii« vers. 131: »cupiebat funera mortis« [Duemmler II. 488]; post vulnera mortis: ϑ; in codd. β, ι, ξ secunda manu supra scripsit: »sanguis«; post funera sanguis: δ, λ, σ, φ, χ, ψ, rell., [Col.-Lips., Vet., Schwab., Beckius.].

[61]) licaon: ζ, ϑ, ι, ξ, υ, β, γ, λ, σ, φ, χ, ψ; lichaon: η, κ, α, ε, ν, [Vetus, Lugd.]; lycaon: π, ρ, rell., [Col.-Lips., Beck.]; »lycaon«: habuisse videtur cod. ω; lychaon: Schwabii editio; — arcas: ϑ, π, υ, rell., [Vet., Col.-Lips., Beckius]; archas: ζ, η, ι, κ, ξ, ω, α, ε, λ, ν, ο, ρ, σ, φ, χ, ψ, [Lugd.]. [62]) edes: ι, υ, rell.; sedes: ϑ; — invasit: η, ϑ, ι, π, ρ, υ, ω, rell.; intravit: β, ξ; — hospes: ι, υ, rell.; ospes: ϑ.

Fallere temptando numen Jovis; exuit ergo
Corpus et os hominis; saevit lupus asper in arvis.

Alithia.

Enoc, iustitiae polluto cultor in orbe,
Raptus de terra nulli comparuit ultra,
Judicis adventum fidens athleta secundum;
Leviathan contra socio praecedet Helia.

Pseustis.

Venit ab Oceano submergens cuncta vorago;
Tellus cessit aquae, periit quod vixerat omne:
Deucalion homines, praeter quem nemo superstes,
Cum Pirra iactis renovavit coniuge saxis.

Alithia.

Ultio digna Dei fontes disrupit abissi
Octavum Noë servans in partibus arcae;
Amodo ne talem patiantur saecula cladem,
Visibus humanis per nubila panditur Iris.

---

63) temptando: ζ, ϑ, ι, ϰ, ξ, υ, ω, rell., [Col.-Lips.]; tentando: η, π, [Vetus, Beck.]; — numen: ζ, ξ, π, υ, Parisini, χ [in margine]; nomen: η, ϑ, ι, ω, δ, λ, ρ, σ, φ [prior manus], ψ. 64) os: ι, υ, ω, rell.; hos: ϑ; — arvis: ϑ, rell.; armis: ζ.

65) enoc: β, η, ϑ, π, σ, υ; cf. Claudii Victoris »Alethias« II. 335; enoch: ζ, ι, ϰ, ξ, rell., [Beckii ed.]; — polluto: ϑ, υ, rell.; existens: ψ; — orbe: ι, υ, rell.; opere: ϑ. 67) fideus: ζ, η, ϑ, ϰ, ξ, π, υ, rell.; fides: ι; fitens: σ; fidus; φ; videns: α, β, γ, [Col.-Lips., Schwab.]; — athleta: ι, λ, ρ, [Beck]. cf. Duemmler-Traube II. 418, 463, 648, 651, III. 114. adleta: ϑ, ϰ, ξ, π, σ, ad leta: ψ; ad letha: ζ; adletha: φ, χ; alleta: υ; aleta: η. 68) leviathan: ϑ, ι, ϰ, ξ, π, rell.; cf. Duemml.-Traube III. p. 653, v. 274; leviatan: η, υ, ν, ο, ψ; — socio: ϑ, ι, υ, rell.; socero: φ; — precedet: ζ, ϑ, ι, ϰ, ξ, υ, rell.; precetet: σ; precedit: ψ; precessit: φ; procedit: χ; — helia: η, ϑ, ι, ϰ, ξ, π, υ, rell.; helya: ζ, α, λ, ν, φ, χ; elya: σ; ehelya: ο; cf. v. 209 et 217.

69) oceano: ζ, η, ϑ, ϰ, rell.; occeano: π, υ, δ, λ, ρ, φ, ψ, [Col , Lips., Lugd.]; occiano: ι; — submergens: ϑ, rell.; summergens: ι. 70) periit: ϑ, rell.; perit: ι; — vixerat: ϑ, υ, rell.; visserat: γ, σ. 71) preter quem: ϑ, υ, rell.; preterquam: α, [Vetus, Col.-Lips.]. 72) cum: ϑ, rell.; cuius: φ; — pirra: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; pirrha: χ, [Col.-Lips.]; pyrra: ρ; pyrrha: Vetus, Beckius; — renovavit: η, ϑ, ι, ϰ, υ, rell., [Oxon., Colon., Lugd., Beck.]; revocavit: ζ, π, β, δ, ο, ρ, ψ, [man. post.: ronovavit; ed. Lips.].

73) ultio: ϑ, υ, rell.; ulcio: η, σ, χ, ψ; ulccio: φ; — disrupit: ζ, π, υ, ρ, φ, ψ; dirrupit: ϑ, σ; dirupit: ι, ϰ, rell.; dirupit; [sed prius fuisse videtur: disrupit]: η; dirumpit: δ; — abissi: ϑ, ι, π, υ, σ, φ, χ, ψ; abyssi: ζ, η, ϰ, rell., [Beck.]. 74) arce: ζ, ϑ, π, ρ, [Beckius]; cf. Duemmler-Traube III. 620 (v. 146, 165); arche: η, ι, ϰ, υ, δ, λ, φ, χ, ψ; arhe: σ. 75) amodo: ϑ, υ, rell.; amoto: σ; ammodo: δ, λ, ν, ο, φ, ψ; an modo: η. 76) per nubila: ϑ, rell.; in celo: ψ; — iris: ζ, ϑ, ι, υ, rell.; hiris: ϰ; yris: π, λ, ρ, σ, ψ, [Lugd.]; in cod. η deest hic versus.

Pseustis.

Idaeos lepores puer exagitat Ganimedes;
Quem Jovis arreptum devexit in aethera sursum
Armiger; ablato divum concesserat ordo
Nomen pincernae, quod possedit prius Hebe.

Alithia.

Corvum perfidiae dampnant animalia quaeque,
Nuntius inclusis quia noluit esse salutis;
Ore columba suo ramum viridantibus intro
Detulerat foliis; superest Armenia testis.

Pseustis.

Surrexere viri terra genitrice creati:
Pellere caelicolas fuit omnibus una voluntas;
Mons cumulat montem, sed totum Mulciber hostem
Fulmine deiectum Vulcani trusit in antrum.

Alithia.

Posteritas Adae summa Babilonis in arce
Turrim construxit, quae caelum tangere possit.
Excitat ira Deum: confusio fit labiorum;
Disperguntur ibi; nomen non excidit urbi.

---

77) ideos: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, rell.; (i)teos: σ; yteos: λ; ydeos: φ, χ; — ganimedes: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Vetus, Col., Lips., Lugd.]; cf. Duemmler-Traube III. 64; ganimetes: σ; ganamides: λ; ganymedes: Schwab. et Beck. 78) arreptum: ϑ, ι, υ, rell.; areptum φ; arrectum: γ, σ; — devexit: ϑ, ι, υ, rell.; tevexit: σ; deduxit: δ, ψ; — in ethera: ζ, η, ι, κ, π, υ, rell.; in ethere: ϑ; ad ethera: β, φ, [Col-Lips.]; in aera: χ. 79) ablato: η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; allato: ζ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; alato: φ; oblato: ε; armigero ablato: κ; — ordo: ϑ, rell.; orto: σ. 80) possedit prius: ϑ, rell.; prius possedit: η; — hebe: η, ϑ, κ, υ, rell.; ebe: ι, π, ψ.

81) dampnant: η, ι, κ, π, υ, λ, ρ, σ, φ, ψ; cf. Duemmler II. 490 ss.: »Gesta Apollonii« v. 188, 355; damnant: ϑ, χ, rell., [Vetus, Lips., Lugd., Schwab., Beck.]; damnat: ed. Col. 82) nuntius: ϑ, ι, π, ρ; nuncius: υ, rell.; noncius: η; nunccius: φ. 83) viridantibus: ζ; ϑ, ι, π, rell.; viridentibus: κ, υ [loco raso], α, β, γ, δ, ν, ο, φ, [Vetus, Lugd.]; viritentibus: λ; virentibus: φ, [Schwab.]; viridentis (olive): χ; – intro: ζ, η, ι, κ, π, υ; antro: ϑ; ultro: φ, rell., [Schwab., Beck.]; ultra: ψ; olive: χ. 84) detulerat: ϑ, ι, υ, rell.; occulerat: ρ; attulerat: β, φ, [Col., Lips., Schwab.]; — foliis: ϑ, rell.; solus: φ.

85) terra: ϑ, υ, rell.; de terra: φ. 86) pellere: ϑ, rell.; fallere: ζ. 87) mons: ϑ, υ, rell.; mors (sec. man.: mons): φ; — cumulat: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; commulat: η; tumulat: γ; — mulciber: η, ι, κ, π, υ, rell.; mulcifer: ζ; iuppiter: ϑ; iupiter: χ. 88) deiectum: ϑ, υ, rell.; teiectum: σ; deiecto: π, δ; — vulcani: ϑ, rell.; fulcani: ζ; — trusit: ϑ, ι, κ. π, υ, rell.; truxit: η; detrusit: γ; misit: ν, χ.

89) babilonis: η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Col.]; cf. Duemmler I. 229; babylonis: ζ, λ, ρ, [Vet., Lips., Beck.]. 90) construxit: ϑ, υ, rell.; constatuit: η. 91) confusio fit: ϑ, υ, rell.; fit confusio: η. 92) excidit: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; extitit: λ, [Col. et Lips.]

Pseustis.

Fulmina Ciclopes Jovis imperio fabricantes
Paeone percusso morti decrevit Apollo;
Mox deitate sua superum spoliatus in ira
Admeti curam pecoris suscepit agendam.

Alithia.

Limite iussus Abram patrio discedere Sarram
Assumpsit sine spe sobolis sibi concipiendae;
Tandem confectis aetate creatur herilis
Filius et lactat, sua quam natura gravabat.

Pseustis.

Daedalus aptatis liquidum secat aëra pennis;
Filius insequitur; — fragilis sed cera liquatur; —
Et cadit in pelagus; gemuit sub pondere fluctus.
Ille sui compos brumales attigit arctos.

Alithia.

Heredis forma non est motus patriarcha,
Quin mactaret eum, nisi vox emissa deorsum

---

93) fulmina: ϑ, ι, υ, rell.; flumina: δ; — ciclopes: η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, ω, λ, σ, φ, χ, [Lips., Lugd.]; cf. Duemmler-Traube III. 177; cyclopes: ρ, ψ, [Vetus, Col., Beck.]; — peone: ϑ, ι, ϰ, π, υ, ω, rell. [Lips.]; peyone: δ; penot: η; peione: ed. Col.; pena percussos: ζ; — apollo: ϑ, ι, ϰ, π ,υ, ω, rell ; appollo: φ, χ; capo ollo: η. 95) deitate: ϑ, ω, rell.; ex deitate: φ; — in ira: ϑ, ω, rell.; ab ira: ρ. 96) admeti: ϑ, υ, ω, rell.; at neti: η; armeti: π; — pecoris: ϑ, ι, π, ω, rell.; peccoris: ζ, ϰ, υ, δ, χ; pecori: ed. Lugd. et Vetus; peccoris curam: ζ.

97) limite: υ, ω, rell.; limine ϑ; lumine: β; — abram: ζ, ϑ, ι, ϰ, υ, ω, rell.; abraam: π, γ; abraham: η, α, ε; — patrio: η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, ω, rell.; patrie: λ, χ; proprio: ζ, η; — discedere: η, ι, υ, ω, rell.; decedere: ζ, ϑ, ϰ, π; — sarram: η, ϑ, ι, π, υ, λ, σ, omnes Parisini, [ed. Lugd.]; [cf. Duemmler-Traube: »Sarra«: II. 406, III. 657, 664 (bis); Sara: II. 9; III. 378;] saram: ω, δ, ρ, φ, ψ; [Vetus, Col.-Lips., Schwab.]; zaram: χ; palam: ϰ. 98) assumpsit: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, υ, ω, rell., [Vetus, Col.-Lips., Lugd.]; asumsit: π; adsumsit: Schwab. et Beck.; assensit: β; — spe: ϑ, ω, rell.; spes: γ; — sobolis: ϑ, ω, rell ; prolis: β; — sibi concipiende: ϑ, ι, υ, ω, rell.; sibi concipiente: σ; sibi suscipiende: η; sibi percipiende: ο; sibi suscipiendus: γ. 99) herilis: ι, υ, rell.; erilis: ϑ. 100) et lactat: ϑ, ω, rell.; ablactat: φ; allactat: γ; — quam: ϑ, ω, rell.: quem: ψ; — gravabat: ϑ, ω, rell.; gravabit: λ.

101) dedalus: ϑ, ω, rell.; detalus: λ; — aptatis: ϑ, ω, rell.; apptatis: φ; optatis: γ; — liquidum: ϑ, ω, rell.; liquidis: φ. 102) fragilis sed: ϑ, υ, ω, rell.; fragilis est [sec. m.: fragilis sed]: ψ; sed fragilis: δ; — liquatur: ϑ, ω, rell.; licatur: υ. 103) pelagus: ϑ, ω, rell.; pellagus: φ; pelagos: ρ; pelago: γ; — gemuit: ϑ, ω, rell.; genuit: η, λ. 104) compos: ϑ, ω, rell.; capos: η; — brumales: ϑ, ω, rell., boreales: Col. et Lips ; — attigit: ω, rell.; atigit: υ; adtigit: ϑ, π; — arctos: ϰ, π, υ, ω, rell.; artos: ϑ; arcos: η, λ; archos: ι, ψ arcus: δ; arthos : ed. Lugdunensis.

105) quin: ϑ, ω, rell.; cum: π; — nisi: ϑ, ω, rell.; ni: π; cum: η; — emissa: ϑ, ω, rell.; demissa: ρ.

Parcere iussisset; rapitur, qui cornibus haeret
In dumis, aries; sequitur patrem sua proles.

Pseustis.

Phillis amore gravi Demofontis capta superbi
Mutat flebiliter rigidum pro corpore suber;
Ille reversus eo truncum rigat ore supino;
Occurrit foliis, ceu senserit oscula, Phillis.

Alithia.

In cinerem Sodomas solvens divina potestas
Ob pactum patrui Loth parcere cogitat uni;
Servat eum Segor; sed perfida vertitur uxor
In salis effigiem; lambunt animalia cautem.

Pseustis.

Argolicas contra bellans acies Citharea
Titidae manibus grave pertulerat dea vulnus;
Deplorant socii commissa ducis furiosi;
Nam facti volucres acuunt pro dentibus ungues.

Alithia.

Congressus Domino Jacob luctamine longo
Nervos amisit femoris, dum cedere nescit;

---

107) rapitur: ϑ, ω, rell.; capitur: ν, [ed. Lips., Schwab.]. 108) sequitur patrem: ϑ, ω, rell., [Lips.]; patrem sequitur: φ, [Vetus, Col., Schwab., Beck.].

109) phillis: η, ϑ, ι, κ, υ, ω, rell., [Vet.]; fillis: π; (cf. Duemmler-Traube III. 45—51: fillis;) phyllis: ζ, [Schwab., Beck.]; — demofontis capta: ζ, η, ϑ, ι, π, ρ; demophontis capta: υ, ω, rell., [Schwab., Beck.]; capta demophontis: φ; — superbi: ι, υ, ω, rell.; supervi: ϑ. 110) pro corpore: ϑ, ω, rell.; de corpore [corr.: pro]: ψ; — suber: ϑ, rell.; super: η. 111) reversus: υ, rell.; relisus: ϑ. 112) ceu: η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; seu: ε, λ, ο, ψ; ut: ed. Vet. et Lugd.; — senserit: ζ, η, ϑ, ι, κ, υ, α, ρ, χ, [Goldast.]; senserat: π, φ, ψ, rell., [Col.-Lips., Lugd.]; sencerat: λ; sic senserat: δ; — oscula: ϑ, rell.; osculat: φ.

113) sodomas: ζ, η, ϑ, ι, κ, υ, rell.; sodomam: π, γ; sodomes: ψ; — solvens: ϑ, rell.; vertit: η, [Schwab.]; vertens: δ. 114) loth: ϑ, υ, rell.; lot: π. 115) segor: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; sevor: η; sogor: γ; — perfida: ϑ, ι, υ, rell.; perfita: λ; pervida: δ. 116) effigiem: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, rell.; efigiem: υ, φ.

117) citharea: ϑ, ι, π, α, γ, ο, ν, ψ, [Col.]; citarea: φ; cytharea: λ, [Lugd.]; cytherea: ζ, κ, β, ρ, rell., [Lips.]; citherea: Vetus; citerea: η, υ, χ. [Cf. Duemmler I. 546: »Cytherea«.] 18) titide: η, ϑ, ι, π, λ, ρ, ψ, [Vetus, Lugd.]; thitide: δ, χ; tythyde: ζ; tytidee: φ; tidide: υ; [»Tydidae«: Beckius]; — grave pertulerat dea vulnus: ϑ, ι, υ, α, β, γ, ρ, χ, omnes Vaticani, [Col.-Lips., Schwab., Beck.]; dea pertulerat grave vulnus: κ, λ, φ, ψ, rell., [Vet., Lugd.]; »dea« deest in η, π. 119) deplorant: ι, υ, rell.; plorarunt: ϑ; — socii: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; sirii ψ; — commissa ducis furiosi: ι, υ, rell.; conmissa d. f.: ζ; crudelia facta tiranni: ϑ.

121) luctamine : ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; certamine: λ, [Col.- Lips.]; — longo: ϑ, ι, υ, rell.; magno: ψ.

Quam plagam veluti gemat evenisse parenti,
Non comedit nervum successio tota nepotum.

Pseustis.

Ipolitus saeva perit accusante noverca
Discerptus bigis focas agitantibus undis.
Dampna pudicitae non pertulit ira Dianae:
Ipolitum revocat; modo nomine Virbius extat.

Alithia.

Venditus in servum Joseph livore suorum
Ardentis dominae dum spernit vota minasque,
Addictus vinclis discussit somnia regis
Et subduntur ei totius regna Canopi.

Pseustis.

Graecorum primus vestigat grammata Cadmus,
Postquam sevit humi dentes septemplicis ydri;
Quos necdum fato mersit fortuna sinistro:
Ne patiatur idem, se sibilat esse draconem.

---

123) plagam: ϑ, rell.; palam: ζ; — gemat: ζ, η, ϑ, κ, π, υ, α, β, ρ; gemit: ι, λ, φ, χ, ψ, rell., [Beck.]; — evenisse: ι, υ, rell.; venisse: ϑ. 124) successio tota: ϑ, ι, υ, rell.; tota suscesio: η.

125) ipolitus: η, ϑ, π, υ; ypolitus: ζ, ι, κ, λ, ρ, φ, ψ; hypolitus: ed. Vetus; yppolitus: χ; hyppolitus: Col.-Lips., Schwab.; rypolitus: ed. Lugd.; hippolytus: Beckius; — perit: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; periit: η, α, χ. 126) discerptus: κ, π, υ, β, ρ, φ, χ, [Scbwab.]; discertus: ϑ; disceptus: η; decerptus: λ, ψ; distractus: ι, rell., [Col.-Lips., Beck.]; — bigis: ϑ, rell.; iugis: ζ; — focas: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, ρ, φ, ψ; phocas: η, λ, χ, rell., [Bckius]; pfocas: δ. 127) dampna: η, ϑ, ι, κ, λ, ρ, φ, χ, ψ; damna: ζ, π, υ, rell., [Beckius]; — pertulit: ϑ, rell.; protulit δ; — diane: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; dyane: η, λ, φ, χ, ψ, [Lugd.]. 128) modo nomine: η, ι, κ, π, υ, rell. [Vetus]; qui non est: ϑ; qui nomine: γ, φ, [Col.-Lips., Schwab., Beck.]; — virbius: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; vilerbius: η; virbinus: φ; viribus: δ; — extat: ζ, η, ϑ, φ, χ; exstat: ι, υ, φ, rell., [Schwab., Beck.].

129) venditus: ϑ, rell.; venditur: ed. Col., Lips., Vet., Goldastii; — servum: ϑ, rell.; suum: ψ; – ioseph: η, ϑ, ι, κ, π, rell.; iosep: υ, α; yoseph: φ; — livore: ι, υ, rell.; libore: ϑ. 130) dum spernit: η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; dum sprevit: δ, λ, ν, [ed. Lips., Goldastii]; desprevit: ψ; — vota: ι, υ, rell.; votas: ϑ. 131) addictus, ζ, ϑ, κ, υ, rell., [Vet., Lugd.]; adductus: ι, α, β, γ, ο, ν, φ, [Lips.]; adductis: [Col.]; additus et vinclis: π; aditus in vinclis: η; — vinclis: ϑ, rell.; vinculis: δ, φ; – discussit: ϑ, rell.; dissolvit: η; — somnia: η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; sompnia: λ, φ, χ, ψ. 132) totius: ϑ, ι, rell.; tocius: η, υ; ei omnia totius: ϑ; — canopi: η, ϑ, κ, π, υ, rell.; canophi: ι; canapi: δ. cf. Duemmler-Traube: II. 400, 455; III. 195, 218.

133) grecorum: ι, υ, rell.; gregorum: ϑ; — primus: ϑ, rell.; prius: χ; — grammata: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; gramata: η, λ, ψ; — cadmus: η, ι, κ, υ, rell.; catmus: ϑ, π, ρ, χ; cathinus: φ; cathmus: ζ, [Col.]. 134) ydri: ζ, ϑ, ι, π, υ, ρ, φ, χ, ψ, [Lugd.]; idri,: η; ydir: λ; hydri: Vetus, Schwab. et Beckius. 135) necdum: π, ω, rell.; nec dum: η, ϑ, ι, κ, υ, φ, χ, ψ; nondum: β, λ, ν, [Col., Lips., Lugd.]; mundum: Goldastius. 136) patiatur: ι, λ, ρ, rell., [Schwab., Beck.]; paciatur: φ, χ, ψ; paciantur: ζ, η; patiantur: ϑ, π, υ, ω; — sibilat: ϑ, ω, rell.; sibillat: φ; sibulat: δ, [Col.]; simulat: Lips., Schwab.

Alithia.

Raptus aquis Moyses magicas everterat artes;
Omnis eum regio timuit circumflua Nilo:
Eduxit cives, submersit fluctibus hostes;
Memphios exitium testatur adhuc mare rubrum.

Pseustis.

Summa Jovis calidas Europae forma medullas
Movit et in taurum deitatis vertit amictum:
Virgine stuprata non passus Agenoris arma
Nomen donat ei, quod habet pars tertia mundi.

Alithia.

Insignem vitulum conflaverat ignis et aurum
Ex Aaron digitis; insanit turba rebellis:
Stirps Levi postquam Domini compescuit iram,
Pontificalis ei datur infula iure perhenni.

Pseustis.

Uxoris stimulos luis, Amphiaraë sacerdos,
Pectore flagrantis, dum splendet baca monilis:

---

[137]) raptus: η, ι, κ, π, υ, ω, rell.; captus: ζ, ϑ, χ, [Lips.]; — moyses: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, ω, rell.; [plus quinquagies apud Duemmler-Traube;] moysis [man. post.: moyses]: φ; moises: υ, β; — magicas: ϑ, rell.; maicas: ψ; — everterat: η, ι, π, ω, rell.; averterat: ϑ, υ [prior man.; poster.: everterat], γ; subverterat: ρ; evellerat: edd. Col. et Lips. [138]) nilo: ϑ, rell.; nylo: ω, [Col., Lugd.]. [139]) eduxit: ι, υ, rell.; reduxit: ϑ. [140]) memphios: ω, rell.; mephios: ϑ; mempheos: υ; — adhuc mare: ϑ, ω, rell.; aduc mare: χ; mare adhuc: φ.

[141]) calidas . . . medullas: ϑ, υ, rell.; calidas . . . medulas: η, φ; calitas . . . medullas: λ; callidas . . . medulla: δ. [142]) movit: ϑ, rell.; novit: ψ; — taurum: ϑ, rell.; thaurum: φ, χ, [Col.-Lugd.]; — amictum: ι, υ, rell.; ammictum: ϑ; — in cod. ω versus 141—142 longe differunt a reliquorum codicum verbis:

»Juppiter Europe succensus amore decore
In tauri speciem deitatis vertit honorem.« (cf. v. 50.)

[143]) stuprata: ι, υ, rell.; stupata: ϑ; — agenoris: ϑ, rell.; aggenoris: φ; — arma: ϑ, ω, rell.; arva: ρ. [144]) nomen. ϑ, rell ; nomine: φ; — quod: ϑ, ω, rell.; quos: φ; — habet: ϑ, ω, rell.; sit: κ.

[146]) ex aaron: ϑ, rell.; ex aron: φ, ψ; — insanit: ι, υ, ω, rell.; insanis: ζ, η, ϑ; insevit: δ. [148]) ei datur: ϑ, rell.; ei tatur: λ; datur ei: φ; — perhenni: ζ, ϑ, ι, κ, π, λ, φ, χ, [Col., Lips., Lugd.]; cf. Duemmler II. 363, v. 1369; perenni: υ, ω, ρ, ψ, rell., [Vetus.].

[149]) uxoris: ϑ, rell.; ex oris: ζ; — stimulos: ϑ, rell.; famulos: ψ; — luis: deest in φ; — amphiarae: ι, π, β, rell., [Vetus, Col.-Lips.]; amphiare: η, υ; aphiarue: ϑ; amphiaree: ω; amphiorae: η, λ, ν, ο, ρ, χ, ψ; amphiora: κ, φ [man. post.: amphiorane]; amphiore: ζ; amphiroae: δ. [150]) pectore: ϑ, rell.; pectoribus: η; — baca: ζ, η, υ, ω, ρ, ψ; bacha: κ, φ, χ; bacca: ϑ, ι, π, rell., [Col.-Lips., Vet., Lugd., Schwab., Beck.].

Haurit te subito specus ex Acheronte profundo;
Mactat eam tenebris orbatae dextera prolis.

Alithia.

Fata Chorae miseri parere monent meliori:
Accipit infernus, quem devorat arida tellus;
Sed Deus occulte Moysen sepeliverat ipse
Nec cuiquam hominum dedit indagare sepulchrum.

Pseustis.

Ventilat oëstro decoratam cornibus Jo
Juno ferox et ei tutelam deputat Argi;
Mugit pro verbis horrentibus obsita saetis,
Donec in effigiem rediit mutata priorem.

Alithia.

Offensus Balaam calcaribus urget asellam;
Angelus occurit, pecudem qui stare coegit.
Res horrenda nimis! laxatur vox animalis,
Quae consuevit homo producere verba, loquendo.

Pseustis.

Sufficeret thalamis ut Juppiter Amphitrionis,
Noctis opem placidae geminavit candida Phoebe;

---

[15]) haurit te: η, υ, ω, β, ρ; te haurit: ϰ; te aurit: ϑ, π; hausit te: φ, χ, [Beck.]; te hausit: ζ; hausit eum: ι, λ, ψ, [Col.-Lips., Vetus, Lugd., Schwab.]; — ex acheronte: ω, rell.; ex hacheronte: ϑ; ex aceronte: η; ex achironte: φ. [152]) mactat: ϑ, rell.; mandat: β; mittit: χ; — eam: ϑ, ω, rell.; eum: ψ, [Goldast.]; — orbate: ϑ, rell.; orbata: φ; — dextera: ω, rell.; dextara: ϑ.

[153]) fata: ω, rell.; facta: η, ϑ, ϰ, [Lugd.]; — chore: ζ, η, ϑ, ϰ, ω, rell.; cf. Duemmler-Traube III. 261, 630; core: υ, β; thore: ι, δ, λ; miseri chore: π; — parere monent: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, υ, ω, rell.; parere movent: δ, λ; patere movent: ψ; parere iubent: η, ο, [Col.-Lips.]. [154]) quem: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, υ, ω, rell.; quos: β, [Col.-Lips., Schwab., Beck.]. [155]) moysen: ϑ, rell.; moisen: υ; — sepeliverat: ζ, ϑ, ϰ, π, υ, ω, rell.; sepelierat: η, ι, δ, λ. [156]) nec cuiquam: ϑ, ι, υ, rell., [Col.-Lips., Vet., Lugd.]; non cuiquam: φ; nec quicquam: ψ; nec quisquam: δ; nec cuicumque: β, [Schwab., Beck.]; — hominum: ϑ, rell.; dedit hominum: η; — sepulchrum: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, λ, ρ, χ, [Col.-Lips.]; sepulcrum: η, υ, φ, ψ, rell., [Beck.].

[157]) ventilat: ϑ, rell.; ventilatur: δ; — decoratam: ι, υ, rell.; decorata: ϑ; — io: η, ϑ, ι, ϰ, υ, ρ, rell.; yo: ζ, π, λ, φ, χ, ψ. [158]) et: deest in cod. η; — tutelam: ϑ, υ, rell.; tutela: ψ; — deputat: ϑ, rell.; tetulit: λ. [159]) horrentibus: ι, υ, rell.; orrentibus: ϑ. [160]) effigiem: ϑ, ι, ϰ, π, rell.; efigiem: η, υ, φ; — rediit: ϑ, υ, rell.; reddiit: φ; — mutata: ϑ, rell.; natura: χ. In edd. Vetere et Lugdunensi versus 160 legitur ante versum 159.

[161]) calcaribus: η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; in calcaribus: φ; carcaribus: α; calcatibus: ed. Lugd. [163]) horrenda: ζ, ϑ, ι, rell. [Lugd.]; horendam: η; orrenda: π, υ; miranda: [Col.-Lips., Schwab.]. [164]) verba: η, ι, ϰ, π, υ, rell.; vera: φ, χ; — verba producere: δ.

[165]) thalamis: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, rell.; talamis: π, υ, φ, [Lips.]; — iuppiter: ϑ, ι, ϰ, π, rell., [Lips.]; cf. v. 45; iupiter: ζ, η, υ, ρ, φ, ψ, [Col.]; — amphitrionis: η, ϑ, υ, rell., [Col.-Lips., Vet., Lugd., Schwab.]; amphiteronis: λ, ψ; amphitryonis: ed. Beck. [166]) placide: ϑ, rell.; tacite: β.

Protinus Alcmena licet indignante noverca
Editus Alcides immissos strangulat angues.

Alithia.

Victrici populo ne quondam vivida bello
Deficeret virtus Gabaon ad proelia, Phoebus
Imperio Josuae stabat defixus in arce:
Quae sanctae fidei sint praemia, discite cuncti.

Pseustis.

Alcidae vigilem spoliavit clava draconem;
Gerionis pompam rapit et consumpserat ydram;
Cacus cessit ei, succumbit ianitor Orci:
Incendit demum paelex Deianira superbum.

Alithia.

Samson exuviis indutus membra leonis
Sternit mille viros, devastat vulpibus agros,

---

167) alcmena: ι, υ, rell.; alcumena: ϑ; almena: η; alna: π; alchmena: ζ, χ; alcinena: δ; alcimena: edd. Vet. et Lugd.; — indignante: ι, υ, rell.; indignitate: ϑ. 168) alcides: ϑ, ι, κ, υ, rell.; alchides: λ; alcydes: ζ; accides: η; — immissos: ϑ, υ, rell.; immisos: η; in missos: ζ, φ, ψ; inmensos: κ; et imensos: δ; emissos: ι, α, β. In edd. Col. et Lips. versus 167 et 168 locum mutaverunt.

169) victrici [masc. generis; cf. v. 231]: ϑ, rell.; victori: γ; — quondam: ϑ, rell.; quodam: ψ; — vivida: ϑ, rell.; invida: γ, ψ. 170) deficeret: ϑ, rell.; defficeret: φ; deficerat: γ; virtus defficeret: υ. 171) iosue: ϑ, rell.; yosue: χ; — stabat defixus: ϑ, rell.; defixus stabat: φ; — in arce: ϑ, rell.; in arche [supra: arce]: ψ. 172) sint: ι, υ, rell.; sunt: ϑ, γ, ψ, [Col.-Lips ]; sicut: φ.

173) alcide: η, ϑ, ι, κ, υ, rell., [Schwab., Beck.]; alchide: λ, [Vet., Lugd.]; alcides: π, ζ, φ, χ, [Goldast.]; — spoliavit: ϑ, rell.; spoliant [supra: spoliavit]: φ; — clava: ι, υ, rell.; calva: ϑ. 174) gerionis: ζ, η, ϑ, κ, π, υ, χ, [Vetus, Col., Lugd.]; cherionis: ι; gereonis: λ, ο, ρ, φ,, ψ; geryonis: [Lips., Beckius]; — pompam: ι, υ, rell.; pompas: ϑ; — rapit: ϑ, ι, υ, rell.; rapuit: η; — consumpserat: ϑ, ι, κ, π, rell., [Vetus, Col.-Lips., Lugd.]; consumpserit: ψ; consumsperat: ζ; consumsserat: υ; consumserant: φ; consummaverat: β; consumeret: η; consumserat: [Schwab., Beck.]; — ydram: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, λ, ρ, φ, χ, ψ; idram: υ; hydram: [Schwab., Beck.] 175) cacus: ϑ, ι, κ, π, rell.; caccus: η, υ; cato: φ; — cessit: ϑ, rell.; cedit: β; — succumbit: ϑ, rell.; subcumbit: χ, ψ; — orci: ϑ, ι, υ, rell.; orchi: η, λ, ψ, [Vetus, Lugd.]; corti: δ. 176) incendit: η, ϑ, κ, π, υ, rell.; inconditque: ζ, ι; incedit: δ; incipit: [ed. Col.]; — pelex: ζ, η, κ, π, υ; pellex: ϑ, ι, rell., [Beckius]; in ψ deest hoc vocabulum; — deianira: ζ, ϑ, ι, π, υ, rell.; dianira: η, κ, [Vetus]; deiamira: φ; deydania: ψ; dyanera: δ; — superbum: ι, φ, ψ, rell.; maritum: χ; virum: Schwabius [ex suo cod. Gueferbytano]; vivum: ζ, η, ϑ, π, υ; fortasse ex glossa »virum« per errorem irrepsisse videtur, cum propter metrum mihi probetur »superbum«.

177) samson: ζ, ϑ, ι, κ, υ, ρ, ψ, [Col.-Lips.]; (duodecies apud Duemmler-Traub.); sanson: η, π, α, β, ν, [Lugd., Vetus]; sampson: λ, φ, χ, rell., [Schwab., Beck.]; — indutus: ϑ, rell.; inductus: η; — membra: ϑ, rell.; pelle: ψ. 178) sternit: ϑ, rell.; stravit: δ, φ, [Col.-Lips.].

Urbis claustra tulit, nervorum vincula rupit:
Fraude sua tandem praecidit Dalila crinem.

Pseustis.

Nomina mille deum vatem defendite vestrum,
Qui colitis Ditem, qui stelliferam regionem,
Qui partes mundi, qui stagna sonantis abissi;
Nomina mille deum vatem defendite vestrum.

Alithia.

Par idemque Deus, maiestas, gloria, virtus,
Quod fuit, est et erit, te collaudat, tibi servit,
Cui tres personae, tria nomina; tu sine fine,
Tu sine principio nos vincere falsa iubeto.

Pseustis.

Certavere sequi demissis frondibus orni
Orphea per silvas modulantem carminis odas;
Euridicen motis, qui regna tenent Acherontis,
Condicione gravi iussit Proserpina reddi.

---

179) rupit: ϑ, rell.; solvit: ρ. 180) fraude sua: ι, υ, rell.; fraudes ut: ϑ; — precidit: ζ, η, ϑ, ϰ, π, υ, rell.; precedit: γ; prescidit: δ, [Lips., Schwab.]; praescindit: [edd. Lugd., Vet., Lond., Goldasti;] dalila: ϰ, π, υ, ρ; [cf. Duemmler II. 273, 320;] dalida: ζ, η, ι, φ, χ, ψ, rell., [Col., Lips., Lugd., Vetus, Beck.]; dalia: ϑ; dallida: α; [Δαλιδά pro communiori voce Δαλιλά legitur in cod. Alexandrino versionis LXX.]

181) nomina: η, ϑ, ι, ϰ, π, α, β, γ, ν, [ed. Vetus, Lond, Lugd.]; numina: ζ, υ, ρ, φ, χ, ψ, [Beck.]; — vatem defendite vestrum: ϑ, rell.; cybile (= Cybelae) concepta per alvum: ρ. 182) stelliferam: η, ϑ, ι, π, υ, rell.; stelligeram: ζ, ϰ, ρ. 183) stagna: ϑ, rell.; stangna: φ, ψ, [Col.]; stanna: η; — abissi: ϑ, π, υ, φ, ψ; abyssi: ζ, η, ι, ϰ, rell., [Col.-Lips., Vet.]. 184) hic versus non legitur in codd. δ, φ; in cod. η manus secunda, sed iam saeculi XII., legi vult: »qui summum caeli, qui metas ducitis aevi.«

185) maiestas: ϑ, rell ; magestas: φ, χ; maiestatis: η. 186—188) in ψ versus 186 post vss. 187 et 188 legitur. 186) est: deest in cod. η; — tibi: ϑ, rell.; tibique: η. 187) cui: ϑ, rell.; qui: ι; — tu sine fine: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, υ, rell., [Col.-Lips., Schwab., Beck.]; sunt sine fine: π, α, δ, λ, ν, ο, φ, χ, ψ, [edd. Vetus, Lond., Lugd.]. 188) nos vincere: ϑ, rell.; me vincere: edd. Col. et Lips.; — falsa: ϑ, rell.; flamma: φ; — iubeto: ι, υ, rell.; iuveto: ϑ.

189) sequi: ϑ, rell.; sibi: ζ; — demissis: ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; demisis: η; dimissis: δ, λ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; dimissi: ζ; — frondibus: ϑ, rell.; montibus: ζ; — orni: ϑ, rell.; orbi: φ [m. post.: orni]. 190) silvas: ι, υ, rell.; silbas: ϑ; — modulantem: ϑ, rell.; modulantis: ψ. 191) euridicen: ζ, ι, π, υ, ρ, φ, χ, [Col.-Lips.]; euditicen: ϑ; euridicem: η, ψ; euridicemque: ϰ; erudicem: λ, [Vet., Lugd.]; auridicem: δ; eurydicen: Schwabius et Beckius; — motis: ϑ, rell.; mortis: ψ; monitis: edd. Col. et Lips.; — tenent: ϑ, rell.; tenet: π, ψ, [Lips.]; dant [man. post.: tenet]: φ; — acherontis: ϑ, ι, ϰ, υ, rell., acerontis: η; cherontis: π; achirontis: ψ; archontis: Col.; acharontis: Lips. 192) condicione: ϑ, rell.; conditione: ψ, [Beckius].

### Alithia.

Ne regis corpus vexaret praedo malignus,
Cordarum musa puer adiuvit citharista;
Cuius erat studium pelles tondere bidentum,
Temporis articulo successit dextera sceptro.

### Pseustis.

Herbarum succos tractans Cillenius heros
Exortes lucis virga revocavit ab umbris,
Arte potens tali, credas ut cuncta fateri,
Quod natum Maiae lactavit mamma novercae.

### Alithia.

Omnipotens Ididae poscenti dona Sophiae
Annuit in tantum, naturae vincat ut usum;
Praeditus ingenio decoravit moenia templo:
Confertum gazis evertit amor muliebris.

---

193) vexaret: ϑ, rell ; vexerat: δ, φ; — malignus: ϑ, rell.; malingnus: φ. 194) cordarum: η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips]; cortarum: λ; chordarum: ζ, ρ, [Vet., Beck.]; — citharista: ϑ, ι, rell., [Vetus]; cithrista: edd. Col., Lips., Lugd.; citarista: η; citaristra: υ; cytharista: ζ, ϰ, π, λ, ρ; cytharista: φ; cytharea: ψ. 195) bidentum: ι, υ, rell.; videntum: ϑ; bidendum: η; bidentium: φ; caprarum: ϰ. 196) successit: ζ, ι, υ, rell.; succedit: η, ϑ, ϰ, π, ρ; — dextera: ϑ, rell.; tempera: ρ; — sceptro: ζ, η, ι, ϰ, π, υ, rell.; sceptros: ϑ; ceptro: α, β, λ, ο, φ, ψ; regno: η; securo: γ; dextra sinistro: δ.

197) succos: η, ϑ, υ, λ, ψ, rell., [Col., Lips., Vet., Lugd., Schwab., Beck.]; sucos; ζ, ϰ, π, ρ, φ, χ; sucos [man. post.: succos]: ι; — cillenius: η, ϑ, ι, ϰ, ρ, φ, χ, ψ; silennius: π, [Vetus]; scilenius: λ; Cyllenius: ζ, Beck.; [cf. Duemmler I. 546: Cyllenius;] — heros: ϑ, υ, rell.; eros: η. 198) exortes: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, π, λ, ρ, φ, χ, [Vetus]; exsortes: υ, [Beck.]: exportes: ψ; exerces: γ; expertes: [Col., Lips., Schwab.]; — revocavit: ϑ, ι, υ, rell.; renovavit: φ, [ed. Vetus et Goldasti]. 199) potens: ι, υ, rell. ; potei: ϑ; — credas ut: η, ι [manus prior; posterior: quod credas], ϰ, π, υ, rell.; credas tu: δ; ut credas: Vat. 1502, [ed. Oxon.]; credas hoc: ϑ; — cuncta fateri: ϑ, υ, rell.; certa fateri: η. 200) quod: ζ, ϑ, ϰ, π, υ, μ, ρ; quem: ι, rell., [Beck.]; que: η; — maie: η, ϑ, ι, υ, ρ, [Col., Beck.]; vocab. deest in cod. λ; maia: π; maye: χ, ψ; mare [corr.: maye]: φ; mage: ν, ο, [ed. Lugd.]; mage [corr.: maye]: α; male: [ed. Col.].

201) idide: ϑ, π, υ, β, ρ, rell.; cf. Duemmler-Traube II, 106, 295; III. 133; itide: ι, [Col., Lips., Vet., Lugd.]; iolide: ζ; ytide: α, λ, ν, χ, ψ; tythide: η; octide: γ; ythide: ο; ydide: η, ϰ. 202) vincat ut usum: η, ι, ϰ, π, υ, rell.; vincat usum: ϑ. 203) decoravit: η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; decorat: χ; decoranti: δ. 204) confertum: ϑ, υ [sec. m.], ρ, χ, [Col., Lips., Schwab.]; confectum: η, ι, ϰ, π, rell., [Vetus, Lugd., Beck.]; — gazis: ϑ, ϰ, π, rell.; gasis: ι; gratis: η; — evertit: ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; avertit: η; pervertit: β; subvertit: δ; confestim muris avertit: ζ; — muliebris: η, ϑ, ι, π, υ, rell.; mulieris: ϰ, μ, φ, ψ, [Col., Lips., Vet., Lugd.].

Pseustis.

Gnosia cum raros quateret Dodona racemos,
Mater larga Ceres miserata fame pereuntes
Triptolemum mundo misit serpente ministro,
Qui primum terrae spem demonstravit aristae.

Alithia.

Nubes aethereas precibus constrinxit Helias,
Gramina nulla super madidus stillaret ut imber;
Pulsus humo patria bibit a torrente propheta;
Suffecit pastus, quem detulit assecla corvus.

Pseustis.

Gorgonis effigie mortalis vertitur ide,
Nam qui viderunt, lapides quasi diriguerunt.
Bellorofon monstro cum Palladis arte perempto
Comit equi pennas et se dimittit in auras.

---

[205]) gnosia: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, λ, μ, ρ, φ, χ, ψ; gnossia: Schwab. et Beckius cum rell.; — cum: ζ, η, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; cf. vv. 218, 321; quum: Schwab. et Beck.; dum: edd. Vetus, Lond., Goldasti; — dodona: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell., [Col., Lips., Vet., Lugd.]; dedona: η, δ, χ; todona: λ; dydon: ψ. Valde errat Theodulus, cum Dodonam sitam in terra Molossorum, quae gens in Epiro erat, in insula Cretae collocat. cf. »Georgc.« I. 7—8: »Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus — Chaoniam pingui glandem mutavit arista.« [206]) fame: ϑ, rell.; fama: η; — pereuntes: ϑ, rell.; preeuntes: ψ. [207]) triptolemum: ζ, ϰ, υ, rell.; tritolemum: ι; triptholemum: ο, [Col.-Lips.]; triptolomum: ϑ, μ, φ; triptolonium: χ; tripholomius: ψ; trictholomum: η; tritolomum: π, α, γ, ν, [Vetus]; tritholomum: λ, [Lugd., Goldast.]; — mundo: ϑ, rell.; vero: ζ. [208]) spem demonstravit: ι, ϰ, π, υ, rell.; spem demonstrat: ϑ; speciem monstravit: χ, [Col -Lips., Vet., Lugd.].

[209]) ethereas: ϑ, rell; etereas: υ; — constrinxit: ζ, ϑ, μ, ρ, χ; in ι prior manus »constrinxit« habuisse videtur, posterior: »obstruxit«; obstruxit: λ, φ, ψ, [Vetus, Schwab., Beck.]; construxit: η, ϰ, π, υ, β, [Col.-Lips.]; cf. v. 217 et 254; — helias: η, ϑ, ι, ϰ, υ, rell.; elias: π, [Schwab., Beck.]; helyas: ζ, λ, μ. [210]) nulla super: ϑ, rell.; super nulla: χ; — madidus: ϑ, rell.; gravidus: ρ; — imber: ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; ymber: ζ, λ, μ, χ, ψ; madidus stillaret ymbris: η. [211]) humo: η, ι, υ, α, β, γ, ε, ν, ο, ρ, τ, [Vetus, Schwab., Beck.]; homo: ζ, ϑ, ϰ, π, λ, μ, φ, χ, ψ; [Col.-Lips]; — a: deest in η; — propheta: ι, υ, rell; profeta: ϑ. [212]) suffecit: η, ϑ, ι, ϰ, π, rell.; sufficeret: υ; sufficit: φ; sufficerat: γ; — detulit: ϑ, rell.; tulit: η; — assecla: ϑ, ϰ, υ, δ, λ, μ, ρ, χ, [Col.-Lips., Vetus., Lugd.]; asecla: η, π, φ, ψ; asecla: ι [manus prior; posterior: assecla]; asseda: ζ; adsecla: Schwab. et Beckius.

[213]) effigie: ϑ, rell.; effigiem: μ; — ide (= ἰδέα, εἶδος): ϑ, π, υ, rell.; cf. Duemmler-Traube III. 258: »Has (dapes) nec Plato suis potuit reperire labore — Ideis . . .«; idem: μ; yde: η, ι, λ, χ, ψ, [Lugd.]; yte: ϰ; yle: ζ, ρ; inde: γ. [214]) lapides quasi: ϑ, ι, rell.; lapides quia: φ; quasi lapides: υ, [Lond.]; — diriguerunt: ϑ, rell.; obriguerunt: μ. [215]) bellorofon: ϑ, υ, χ; bellorofons: ι; belloro fons: υ; bellorophon: η, ϰ, π, μ, ρ, [ed. Vet., Lond., Lugd.]; helloforon: ζ; belloforon: ο; belloforons: λ; belliferon: φ; belloferon: ψ; bellerophon: β, [Col.-Lips., Beck.]; — monstro: ι, υ, rell.; monstruo: ϑ; — perempto: ζ, η, ι, ϰ, υ, λ, μ, ρ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Lugd.]; perhentos: ϑ; peremto: Beckius; in π vocab. omissum est. [216]) dimittit: ϑ, η, ϰ, π, γ, μ, ρ, χ, ψ, [Col.-Lips., Schwab.]; dimisit: ι [sec. manus; prior rasa], υ, λ, φ, rell., [Vetus, Lugd., Beck.]; demisit: β; — auras: ϑ, rell.; auris: λ.

Alithia.

Effugium terrae Jezabel obstruxit Heliae,
Cum distractus equis apparuit igneus axis;
Flammea, quae venit, vatem quadriga levavit;
Spiritus heredi geminatur amore magistri.

Pseustis.

Tithonum thalamis dignans Aurora superbis
Augendo vitam mutavit in usque cicadam;
Extinctum Troiae sepelivit Mennona longae,
Annua cuius aves venerantur festa frequentes.

Alithia.

Addictus morti faciem rigat imbre salubri
Rex Ezechias et fati distulit horas;
Ne dubitaret item se promeruisse salutem,
Lora sui cursus retro sol flexit anhelus.

Pseustis.

Excedit laudes hominum, qui primus agones
Instituit fieri sub vertice montis Olimpi:

---

[217]) effugium: ζ, ϑ, ι, κ, π, rell.; efugium: υ; effigiem: η, β, ψ, — iezabel: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Vetus]; iesabel: ψ, rell., [Beck.]; yezabel: ψ, χ, [Col.]; gezabel: δ; — obstruxit: ζ, η, ϑ, κ, π, rell.; construxit: ι, υ, β; restrinxit: ο; — helie: ϑ, rell.; elie: π, υ; cf. vv. 68, 209. [218]) cum: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; quum: χ, [Beckius]. cf. vv. 205, 321; — distractus: ϑ, rell.; detractus: ψ; — apparuit: η, ϑ, ι, κ, π, rell.; aparuit: ζ, υ; aperuit: φ; — igneus: ϑ, rell.; aureus: ψ. [219]) vatem: ϑ, ι, υ, rell.; fatem: κ. [220]) sp̃s heredi: ϑ, ι, rell.; sp̃s et heredi: ρ; sp̃s eredis: υ.

[221]) tithonum: η, ϑ, ι, π, rell., [Col.-Lips., Vetus, Beck.]; tithonium: χ; trithonum: λ; titonum: υ; tythonum: ζ, κ; thitonum: ν, ο, φ, ψ, [Lugd., Schwab.]; cf. Duemml.-Traube III. 167: »Thitona«; titoni: ρ; triptolemum: β [pr. m.]; — thalamis: ϑ, rell.; talamis: υ. [222]) augendo: ι, υ, rell.; urgendo: ϑ; lugendo: ζ; — cicadam: η, ϑ, ι, π, υ, rell.; cycadam: κ, λ, φ, ψ. [223]) extinctum: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, υ, λ, μ, ρ, φ, χ, ψ, [Col.,Vet., Lugd.]; exstinctum: Schwab. et Beck.; — troie: ϑ, υ, rell.; troye: λ, φ, χ, [Col.-Lips.]; troe: ψ; — mennona: η, ϑ, ι, π, υ, λ, ρ, φ, χ, ψ, [Col., Vetus, Lugd.]; memnona: ζ, [Schwab., Beck.]; memnonem: δ; mennonem: ed. Lips.; moenia [manus prior; posterior: mennona]: κ; noxia: μ. [224]) frequentes: ϑ, rell.; sequentes: ζ.

[225]) addictus: κ, υ, rell.; adictus: ϑ; additus: η, ι [prior manus; post.: addictus], [ed. Lugd.]; adductus: π, α; — imbre: ϑ, ι, κ, rell.; ymbre: η, π, λ, φ, χ, ψ; ore: υ; — salubri: ϑ, rell.; salubris: η. [226]) ezechias: ϑ, rell.; ezechyas: λ; — fati: ϑ, rell.; fletu: β; — horas: ι, rell.; oras: ϑ, υ. [227]) dubitaret item: ϑ, υ, rell.; dubitaret idem; χ, ψ; dubitam celerem: η. [228]) cursus: η, ϑ, ι, κ, π, υ, α, γ, λ, μ, ν, ο, φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Vetus, Lugd., Goldast., Schwab.]; currus: β, rell., [Beck.]; — retro sol flexit: ι, κ, π, rell., [Lips.]; retro sol flectit: η, ϑ, υ, ρ; sol retro flexit: μ, ν, [Col., Vetus, Lond., Lugd., Goldast.]; sol retro vertit: φ; retro sol vertit: χ; sol retro cessit: ψ; — anhelus: η, κ, rell.; anhelos: ζ; hanelus: υ, λ, ψ; anelus: ϑ, π, etiam prior manus cod. ι; post.: anhelus; angelus: ed. Lipsiensis.

[230]) olimpi: ϑ, ι, κ, π, υ, λ, μ, ρ, φ, ψ, [Col-Lugd,]; olimphi: η; olympi: ζ, χ, rell., [Lips., Vet., Beck.].

Ardua victrices obnubit laurea crines;
Ducit pompa domum; sequitur confusio victum.

Alithia.

Casum Josiae deflebant oppida Judae:
Magedo campos fons detestatur et arbos;
Maerent morte sua leges et nobile pascha,
Omnis adhuc aetas, sed praecipue Jeremias.

Pseustis.

Dum tonitrus simulat Salmon et fulmina quassat
Lampade terrifica percurrens Elidis arva,
In medio pontis non passus Juppiter hostis
Comparis arma sui deiecerat igne minaci.

Alithia.

Inscius esse Deum nisi se rex Assiriorum
Rores et pluvias septem toleravit aristas,
Bestia factus homo; cunctis suadetur in illo,
Discant naturae contenti viribus esse.

---

231) victrices: ϑ, rell.; victoris: φ; — obnubit: ϑ, rell.; subnubit: β. 232) ducit: ϑ, rell.; duxit: ο, χ.

233) casum: ζ, η, ϑ, κ, π, μ, ρ, [Col.-Lips., Schwab.]; occasum: ι, υ, rell., [Vetus, Lugd. Beck.]; — iosie: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Lips.]; yosie: φ, χ, [Col.]; iosue: η, λ, ψ, [Vetus, Lugd.]; — oppida: ϑ, ι, κ, π, rell.; opida: η, υ, λ, φ, ψ. 234) magedo: ϑ, κ, μ, ρ; mageldo: η; magegdo: ζ; magedos: π; magedon; υ, β; mageddon: Beckius; megiddo: Schwabius; macedonum: ι, rell., [Col.-Lips., Vetus, Lugd.]. 235) merent morte sua: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; merent sua morte: η; morte sua merent: Schwabius; — pascha: η, ι, κ, υ, rell.; pasca: ϑ, π, φ, χ, ψ; pascua: ζ. 236) ieremias: ζ, η, ι, π, υ, rell.; yeremias: φ; hyeremias: Col.-Lips.; hieremias: ϑ, κ, [edd. Vetus et Lugdunensis, in quibus versus 235 et 236 locum inter se mutaverunt.].

237) dum: η, ϑ, ι, κ, ν, rell., [Col.-Lips.]; cum: μ, ρ, χ, ψ; — tonitrus: ι, κ, υ, rell.; thronitus: ϑ; thonitrus: η, π; — simulat: ϑ, rell.; simulant: φ; similat et: δ; — salmon [pro Σαλμωνεύς]: ϑ, υ, rell.; salomon: ζ, β, φ, [Lips.]. 238) terrifica: ϑ, rell.; terrificat: η; — percurrens: ϑ, rell.; percusserat: ζ; — elidis: ϑ, υ, rell.; elidos: β; elydis: χ; helidis: ι, λ, φ, [Col.-Lips., Vet., Lugd.]. 239) iuppiter: ζ, ϑ, ι, κ, χ; iupiter; η, π, υ, rell., [Col.-Lips.]; cf. vv. 45, 62; — hostis: ϑ, rell.; hostes: ζ. 240) comparis: ϑ, ι, κ, rell.; conparis: υ; cumparis: η; corporis: ψ, [sec. m.: comparis]; — arma: ϑ, rell.; arva: β [pr. m.]; — deiecerat: ι, π, υ, rell.; disiecerat: η, κ, ρ; disgecerat: ϑ; deiecatur: λ; — minaci: ϑ, rell.; minasci: υ.

241) inscius: ϑ, υ, rell.; incius: η; — nisi se: ϑ, rell.; se deest in cod. η; — assiriorum: ζ, ϑ, ι, κ, υ, ρ, χ, ψ; asiriorum: π; asyriorum: η; assyriorum: λ, μ, φ, rell., [Col., Lips., Vetus, Lugd.]; [hoc apud Duemmler-Traube quinque locis; sed. III. 626, v. 344 cod. A.: »Assirii.«] 242) rores: ϑ, ι, π, υ, rell.; roras: κ; noras: ψ; — toleravit: ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Col., Lugd.]; te oleravit: η; tollebat: ζ; tolleravit: δ, φ, χ, ψ, [Lips.]. 243) bestia: ι, υ, rell.; bestias: ϑ; — cunctis suadetur: υ, rell.; cunctis suadentur: ϑ; suadetur cunctis: η. 244) contenti: ϑ, υ, rell.; contempti: π; in cod. ι prior m.: contempti: posterior: contenti.

Pseustis.

Quadrupedes Phoebi quae cogit causa morari?
Experientur item Phaëtontis saecula cladem.
Quid, vesper, cessas? saturarunt prata capellas;
Ruminat omne pecus; nescit procedere Phoebus.

Alithia.

Visibus humanis famulantur lumina solis
Fixa tenore suo, quem prima creavit origo.
Cur noctem revocas? quid vis? me fallere temptas;
Quod te destituunt vires, suspiria produnt.

Pseustis.

Pignoris egregii speciem metuens violari
Acrisius seris ostruxit limina turris;
Et iam tecta super pluviam stillavit adulter
Virginis in gremium: Danaëm corruperat aurum.

Alithia.

In caveam missum non attigit ira leonum,
Quamvis passa famem, tutante Deo Danielem,

---

[245]) quadrupedes: ι, υ, rell.; quadrupes: ϑ; — quae cogit: ι, υ, rell.; cogitat: ϑ; quia cogit: ζ. [246]) experientur: ζ, η, π, υ, rell.; experiuntur: ϑ, ι, κ, α, μ, ν; — item: ϑ, υ, rell.; idem: ψ, φ [corr.: item.]; — phetontis: ζ, η, ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; phehetontis: δ; phaëthontis: Beckius. [247]) quid: ϑ, ι, υ, rell.; qui: η, φ; quit: ψ; — saturarunt: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; saturarent: γ; saturatur: η; — capellas: ϑ, rell.; caprellas: δ, [Col.]. [248]) omne: ϑ, rell.; unde: ζ; — procedere: ϑ, κ, π, υ, rell.; decedere: ι [man. post.]; discedere: η, α, λ, ο, ψ, [edd. Vet., Col.-Lips., Lond., Lugd., Goldasti.].

[250]) suo quem: ϑ, κ, π, υ, rell.; suoque: η; suo que: ι, α, χ, [Col., Lips., Vetus]; suo qui: ψ; — prima: ϑ, rell.; primo: μ; — creavit: ϑ, rell ; crevit: χ. [251]) noctem: ι, υ, rell.; nocte: ϑ; — quid vis: ϑ, κ, π, γ, ν, Vatic. 1502 et 2826, [Schwab , Beck.]; quamvis: ζ, υ, λ, μ, Vatic. 1479, 1556, 1663, rell., [Col., Lips., Vetus, Lugd.]; quid tu: η; quid nunc: β; quamvis: ι [manus posterior; prior habuisse videtur: quid vis.]; quanis: ed. Oxoniensis; — temptas: ζ, η, ϑ, κ, π, υ, λ, μ, ρ, ψ; temptes: ι; tentas: rell., [Col.-Lips., Beckius]. [252]) quod: ι, υ, rell.; quid: ϑ; quam: Vetus.

[253]) pignoris: ϑ, rell.; pingnoris: φ; — speciem metuens: ϑ, rell., [Vet., Lugd.]; metuens speciem: φ; faciem metuens: χ, [Col.-Lips., Schwab.]. [254]) acrisius: ϑ, rell.; crisius: ζ; — seris: ϑ, rell.; serris: υ; in seris: ζ; — obstruxit: ϑ, rell.; construxit: ρ; — limina: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; lumina: η, β, λ, ψ; in ψ sec. m.: limina; — turris: ι, κ, υ rell.; tetris: ϑ, π; teris: μ. [255]) et iam: ϑ, rell., [Beck ]; sed iam: Schwabius; — pluviam stillavit adulter: ϑ, rell.; pluviam stillat adulter: φ; madidus stillavit adulter: χ, [Col.-Lips.]; madida stillavit ut ymber: δ. [256]) danem: ζ, η, ι, κ, π, υ, α, β, μ, ν, ο, ρ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; tanem: λ; dannem: γ; daneo: ϑ; danaën: ed. Goldast. et Beck.; danes: ed. Vet., Lond. Lugd., Schwab.; — corruperat: ϑ, κ, π, υ, rell.; conruperat: ι; corrumperat: ζ, φ; coruperat: η.

[257]) caveam: ϑ, rell.; cavea: υ; — non attigit ira: ϑ, rell.; non tangunt ora: κ [258]) danielem: ϑ, rell.; in κ deest hoc vocabulum; tanielem: λ; danihelem: ζ; daniele: ψ

Signatis foribus cui prandia detulit intus
Abacuc uno transvectus regna capillo.

Pseustis.

Thura cremate focis, si quos servare velitis
Fetus incolumes; iubet hoc Latonia proles.
Ex humero Triviae dependent spicula mille
Cum totidem nervis, Niobae vindicta loquacis.

Alithia.

Presbiteris flammas nec longi temporis aetas
Nec tanti sexus potuit restringere virtus;
Sed districta licet mortis sibi fata videret,
Quam natura dedit legem, Susanna subegit.

Pseustis.

Mens robusta viri levitate cadit muliebri:
Ypomanes tractant, gustu sua membra cruentant.
Femina quid possit, Terei domus aspera novit,
Scit Medea suis infesta clade peremptis.

---

260) abacuc: ζ, κ, π, υ, rell.; [Beck.]; abbacuc: ϑ, ι, β; abacuch: λ, [Vetus, Lugd.]; abachuc: χ, [Col., Lips.]; habacuc: Schwab.

261) thura: ζ, κ, π, rell.; thure [; man. post: thura]: ϑ; thure: ψ; tura: ι, υ, φ; — si quos: ι, rell.; si que: ϑ, ζ; si qui: ρ. 262) latonia: ϑ, rell.; latonica: χ, [Col.-Lips.]; latoia: β; lathonia: λ. 263) humero: ϑ, rell.; humeris: ο; — trivie: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, rell., [Vetus, Lugd.]; cerve: χ, [Col.-Lips.]; — dependent: ϑ, rell.; demittunt: κ; dimittunt: ζ; — spicula: ϑ, rell.; spicua: π. 264) niobe: ζ, κ, π, υ, ρ, φ, χ, [Col.-Lips.]; nyobe: ψ; niobes: ι, λ, μ, rell., [Vet., Lugd., Beck.]; nobes: ϑ; — vindicta: ι, υ, rell.; bindicta: ϑ; — loquacis: ϑ, rell.; rebellis: χ, [Col.-Lips.].

265) presbiteris: ι, υ, ρ, ψ; presbitris: ϑ; prespiteris: ζ, κ, λ, μ; presbyteris: α, ν, [Vet., Lugd.]; presbyteri: γ, [Lond.]; presbiterum: π, φ, χ, [Col.-Lips.]; presbyterum: Schwab. et Beck. 266) tanti: ϑ, rell.; tantum: β; — restringere: ι, κ, π, υ, rell.; stringere: ϑ; perstringere: β. 267) districta: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, α, γ, λ, μ, ν, ρ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Beck.]; distracta: δ; destricta: rell., [Schwab.]; distincta: Vet.-Lugd.; — fata: ι, υ, rell.; facta: ϑ; — in β legitur: »sed natura licet sua fata perire videret«. 268) quam: ι, υ, rell.; quas: ϑ; — subegit: ϑ, rell.; peregit: ρ.

270) ypomanes: π; yppomanes: κ; ypomenes: ι, υ, α; hyppomanes: χ, [Col.-Lips.]; hypomanes: ed. Vetus; hypomenes: ed. Lugd.; in perpetuo manens: ϑ; yppomenes: ρ, ψ; ypomenen: μ; yppomones: ζ; ypommes: ψ; ypomines: λ; yppomines: δ; hippomanes: Schwab., Beck.; — gustu: ϑ, rell.; gusta: φ, χ; morsus: ρ; tactu: μ. 271) quid: ϑ, rell.; quae: φ; quit: ψ; quod: μ; — possit: ϑ, rell.; poscit: δ, μ; — terei: ϑ, rell.; therei: ζ, υ, λ; tei: π. 272) infesta: ϑ, rell.; infecta: ζ, ρ, φ; — peremptis: ζ, η, ι, κ, rell., [Vetus]; peremtis: ϑ, π, υ, [Lugd., Beck.]; parentis: α, γ, ψ [sec. man.: peremptis].

Alithia.

Aëra ne foedent isthaec convicia, cessent.
Femineas vires expavit dux Olofernes
Insignis viduae vesano captus amore:
Deflent Assirii, quod crediderit mulieri.

Pseustis.

Ardet Scilla thoros, — torquebat viscera Minos —;
Purpureo veterem spoliavit crine parentem:
Sed contempta viro plumas capit incita rostro;
Vexat ubique pater; curvis sonat unguibus aër.

Alithia.

Coniugis offensum tumido sermone tirannum
Persidis et Mediae species commovit Edissae:
In solio Vasti meruit captiva locari
Civibus intentam removens a principe plagam.

---

273) aera: ϑ, ι, υ, rell., [Col.-Lips., Vet., Lond.]; ara: χ; aerea: δ; terram: κ; verbula: ζ; ethera: [Schwab.]; — ne: ϑ rell.; nec: φ; — istec: ζ, ι, κ, π, rell.; ista: ϑ; istic: υ, λ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; isthinc: ο. 274) femineas: ι, υ, rell.; femina: ϑ; — dux: ι, υ, rell.; rex: ρ; iudith expavit: ϑ; — olofernes: ϑ, ι, υ, ν, ψ; cf. Duemmler-Traube III. 262; oloffernes: ϖ; olofernus: π; holofernes: ζ, κ, rell., [Col., Lips., Vetus, Lugd., Beck.]. 276) assirii: ζ, ϑ, ι, π, υ, ρ, χ, ψ, [Col., Lips., Lugd.]; assyrii: κ, μ, [Vet., Beck.]; assyris: λ; asyrii: φ; — crediderit: ζ, ϑ, ι, ρ; crediderint: υ, μ, χ, rell., [Col.-Lips.]; crediderant: κ, δ, ο, φ; crediderunt: π, ψ, [Vet., Lond., Goldast.].

277) ardet: ϑ, υ, rell., [Col.-Lips.]; artet: λ; cod. ι: ardet; sed locus rasus videtur; ardens: ζ, κ, π, γ, μ, ρ, φ, ψ; — scilla: ζ, ϑ, ι, κ, λ, μ, χ, ψ, rell.; cf. Duemmler-Traube III. 632, 661, 674; silla: π; cilla: υ, φ; scylla: [Col.-Lips., Beck.]; — thoros: ϑ, ι, κ, π, rell., [Col.-Lips., Lugd.]; toros: υ, [Beck.]; — minos: ϑ, ι, κ, π, υ, rell.; mynos: φ; menos: β; mi: ψ. 279) contempta: ζ, ϑ, ι, κ, υ, rell.; contemta: π, [Beck.]; contenta: ψ; — capit: ϑ, rell.; caput: χ, [Col.]; — incita: ζ, ι, κ, π, γ, δ, μ; incia: ρ; insita: ϑ, φ, χ, ψ, rell., [Beck.]; obsita υ, ο. 280) vexat: ϑ, rell.; versus: ζ; — ubique: ϑ, rell.; ibique: ζ; — curvis: ϑ, rell.; curcur: γ; — sonat: ϑ, rell.; secat: μ, ρ; — aër: ϑ, υ, rell.; acer: μ; ether: ψ; eter: λ; — curvis unguibus sonat aer: υ.

281) offensum: ϑ, rell.; infensum: ζ; — tumido: ϑ, υ, rell.; timido: λ, ψ; — tirannum: ϑ, ι, κ, π, υ, ρ; tyrannum: ζ, λ, μ, χ, ψ, [Beck.], tyranum: φ. 282) medie: υ, rell.; mede: ϑ; commovit: ϑ, υ. rell.; comovit: φ. 283) vasti: ζ, ϑ, ι, π, υ, [illegible], γ, ο, ν, ρ, τ, φ, χ, ψ, [Col., Lugd., Beck.]; vasthi: κ [prior manus], λ, [Lips., Vetus, Schwab.[; vahsti: μ; — captiva: ϑ, rell.; regina: δ; — locari: ϑ, rell.; loquari: υ; videri: β [m. pr.]. 284) civibus: ϑ, rell.; quibus: φ; — removens: ϑ, rell.; revocans: ρ; — plagam: ι, υ, rell.; pla: ψ; plagas: ϑ, [eadem manus corr.: plagam.].

Pseustis.

Prata virent, silvae frondent, nunc omnia rident:
Huc Elicon Musas, huc, Protheu, mitte Napaeas;
Assint praecipue, si curant florida Tempe,
Quos in distichii serie complecteris, Enni.

Alithia.

Erroris causas finxit timor atque voluptas:
Singula si baratro sunt, numina singula caelo,
Si sua mundus habet, si pontus, quid modo restet?
Ni quot membra tenes, tot confiteare penates?

Pseustis.

Sponte sua tauri cupiunt ad tecta reverti;
Vesper oves cithiso, capras depellit ab ulmo;
Ni matura redis, lupus insidiabitur agnis.
Cede, dies, caelo, quia nescit cedere virgo.

---

[285]) prata virent, silvae frondent: ϑ, δ, χ, rell., [Col.-Lips., Schwab.]; silve prata virent frondent: ζ, ι, ϰ, π, υ, Parisini, [edd. Vet., Lond., Lugd.]; silve prata rident frondent nunc omnia virent: φ; silve prata virent nunc frondibus omnia rident: μ; frondescunt: β, ο. [286]) elicon: ζ, ϑ, ι, ϰ, λ, υ; eliquon: π; elycon: ρ; helicon: φ, χ, ψ, [Beck.]; — protheu: ι, ϰ, υ, λ, μ, ρ, φ, χ ψ, [Col.-Lips., Vetus, Schwab.]; protheo: ϑ; ptheu: ζ; pentheu: π; proteu: Beckius; — mitte: ι, υ, rell.; mite: ϑ; mitre: χ, [Col.]; — napeas: υ, rell.; nepas [, man. post.: napeas]: ϑ; napheas: ι; capellas: ν, τ. [287]) assint: ζ, ϑ, ι, π, λ, μ, ρ, χ, ψ; cf. vers. 22; adsint: ϰ, υ, [Beck.]; assit: φ; — si curant: υ, rell.; si curent: ζ, ϑ; si curem: ρ; succurrant: ϰ, [quod etiam prior manus cod. ι habuisse videtur]; qui curant: ι, φ, χ, [Beck.]; qui cantant: ψ [sec. man.: qui curant.]. [288]) in distichii serie: ζ, ϑ, ι, ϰ, υ, rell.; distichii in serie: π: in dystigii serie: χ; in distigii serie: λ, φ, [Lugd.]; — enni: ϑ, ι, ϰ, υ, rell.; emni: π; emi: χ; henni: α, γ, λ, τ; henni [sec. man.: oenni]: β; oenni: ζ; eum: [ed. Lugd.].

[289]) finxit timor: ϑ, ι, ϰ, υ, rell.; finsit timor: π; fixit timor: α, ν, τ; timor affuit: ψ; cum sit timor [sec. man.: fingit timor]: β; — voluptas: ϑ, υ, rell.; voluntas: δ, ψ [sec. man.: voluptas]. [290]) si baratro: ζ, ι, ϰ, π, υ, rell.; [cf. »Gesta Apollonii« v. 376;] sub baratro: ψ; sub aratro: ϑ; sunt baratro: γ; sint baratro: β, [Vetus]; si barathro: Beckius; — sunt numina singula celo: π; sunt nomina singula coelo: ζ; sunt numina singula celi: ϑ; sunt singula numina celo: ψ; sint singula numina celo: ι, λ, φ; si numina singula celo: ϰ, υ, μ, ρ; si singula numina celo: α, β, ο, χ, [Col.-Lips., Vetus, Beckius]; si dii umina celo: γ; si singula nubila celo: ν, τ. [291]) restet: ζ, ϑ, π, υ, α, β, λ, τ, [Beck.]; restat: ι, ϰ, rell. [292]) ni quot: ϑ, υ, rell.; ni quod: ϰ, μ; si quid: ψ; nisi quot: π; ni quit: β; — confiteare: ϑ, rell.; confitere: ζ.

[293]) sponte: ι, υ, rell.; spontes: ϑ; — tauri: ζ, ι, ϰ, π, υ, rell., [Vet.]; tari: ϑ; thauri: φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Lugd.]; — tecta: ϑ, rell.; aratra: τ; — reverti: ϑ, ι, υ, rell.; vocari: ϰ. [294]) cithiso: ζ, ι, [Vetus]; a cithiso: π, υ; chitiso: φ; cithioso: ϑ; cinthiso: χ, [Col.]; citiro: ψ; sitio: λ; cythiso: ϰ, μ; cytiso: ρ, [Lips., Schwab., Beck.]; — depellit: ϑ, rell.; depelle: χ, [Col.]. [295]) matura redis: ζ, ι, ϰ, π, υ, rell.; mature reddis: δ; natura redis: ϑ, [Col.]; — agnis: ι, υ, rell.; anguis: ϑ; angnis: φ. [296]) quia nescit: ι, ϰ, π, υ, rell.; quia nescis χ; nescit quia: ζ, ϑ, μ.

Alithia.

Si vos terret, oves, lupus ad caulas redeuntes,
Cornibus elatis illum, mea cura, petatis,
Quem sine fraude pius pachalis vicerat agnus.
Fige, dies, cursum, ne perdat virgo triumphum.

Pseustis.

Triste mari vectis Helenae respectus in astris,
Fructibus aerugo, serpentum sibilus agro;
Hortos talpa fodit, digitos urtica perurit:
Omnia quis divum voluit confligere tantum?

Alithia.

Dulce viro mulier, pratis arentibus imber,
Mandragorae sterili, fons agricolae sitienti:
Praecellit cunctis, animae velamina carnis
Exuerint postquam, placari iudicis iram.

Pseustis.

Quaenam caelicolas avertit dira voluptas?
Zodiaci numquid loca maximus ordo reliquit?

---

297) caulas: ϑ, ι, π, υ, rell.; caulam: ζ, ϰ, β; callam: τ; — redeuntes: ϑ, rell.; remeantes (man. sec.): ψ. 298) elatis: ϑ, rell., [Vetus, Lugd.]; illatis: α, δ, ν, χ, [Col.-Lips.]; — mea cura: ϑ, rell.; nimia cura: ψ. 299) sine fraude: ϑ, rell.; sine labe ρ; — pius: ϑ, ι, π, υ, rell., [Col-Lips., Vet., Lugd.]; prius ζ, ϰ, β, γ, μ, ν, ο, [Schwab., Beck.]; — paschalis: ζ, ϑ, ι, ϰ, υ, λ, μ, ρ, [Beck.]; pascalis: π, φ, χ, ψ. 300) fige: ϑ, rell.; finge: δ, ψ.

301) helene: ζ, ι, ϰ, υ, rell.; henele: π; helenes: ν; helenei: ψ [, in quo codice versus 302 praecedit versum 301]; eleneres pectus: ϑ. 302) fructibus: ϑ, ϰ, υ, ρ, ψ; fluctibus: ζ; frugibus: ι, π, rell.; anguibus: λ; — serpentum: ϑ. rell.; serpentem: φ; serpentis: β, ρ; – sibilus: ϑ, rell.; sibulus: δ, λ, χ, [Col.-Lips.]; sybilus argo: ζ. 303) hortos: ζ, ι, ϰ, π, υ, rell.; ortos: ϑ, λ, μ, φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Vet., Lugd.]; — perurit: ϑ, rell.; peruruit: π. 304) voluit: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, υ, μ, ρ, τ, φ, ψ; potuit: λ, χ, rell., [Col.-Lips., Schwab., Beck.]; — confligere: ϑ, rell.; restringere: ν; componere: Schwabius; confringere: edd. Vet., Lond., Lugd.

305) viro mulier: ϑ, rell.; mulier viro: δ; — arentibus: ϑ, rell.; arantibus ρ; — imber: ϑ, ϰ, υ, rell.; ymber: ι, π, λ, μ, φ, ψ; ymbris: ζ. 306) mandragore: ϑ, rell.; mandagore: τ: maragore: γ; — sitienti: ϑ, ι, rell.; sicienti: ζ, ϰ, π, υ, λ, μ, φ, ψ. 307) precellit: ϑ, rell.; precellunt: γ, ψ, [Schwab.]; — cunctis anime: ϑ, rell.; anime cunctis: μ; cunctis eminenter: φ; — velamina: ϑ, rell.; vel anima: χ, [Goldast.]; carnis: ϑ, rell.; carnes: Beckius. 308) exuerint postquam: υ, λ, ρ, χ, ψ, rell., [Col.-Lips.]; exuerit postquam: ι, ϰ, π, β, τ, [Vet., Lond.]; evertit postquam: ζ, φ; exueris postquam: ϑ; — placari: υ, rell.; placaris: ϑ; exuerit priusquam placati indicis iram: μ. In codice ϑ versus 308 ante versum 307 legitur.

309) avertit: ϑ, ι, π, υ, rell.; evertit: ϰ, β, μ; advertit: α, ν; divertit: ψ; aducit: γ; — dira: ι, υ, rell.; dyra: ϑ;, tira: χ. 310) zodiaci: ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; zodayci: φ; zodaici: χ; sodiaci: ψ; — numquid: ϑ, ϰ, π, υ, rell.; numquit: ι; nunquit: χ; numquam: ρ; — reliquit: ι, ϰ, π, υ, rell.; reliquid: ζ, ϑ; relinquit: α, β, φ.

Aut stertunt omnes aut tractant pocula Lethes.
Cede, dies, caelo, quia nescit cedere virgo.

Alithia.

Obtutu vigili curat fastigia caeli,
Quicquid nutrit humus, quicquid producit abissus,
Nec somnum novit, qui verbo cuncta creavit.
Fige, dies, cursum, ne perdat virgo triumphum.

Pseustis.

Dic mihi: dum tristes adiit Proserpina sedes
Lege data matri, si vellet nata reverti,
Gustum perfidiae quis primum prodidit ore?
Dic et Troianum lauderis scire secretum.

Alithia.

Cum pelagus mundo, subsidat mundus olimpo,
In medio semper consistat pendulus aër,
Dic: ubi terra levem caeli supereminet axem?
Et te posse Dei tetragrammaton annuo fari.

---

[311]) stertunt: ϑ, rell.; sternunt: ζ; stercunt. χ; substant: ψ; — omnes: ϑ, rell.; homines: π; — lethes: ϑ, ι, ϰ, π, rell.; letes: υ, φ, ψ. [312]) celo: ϑ, rell.; retro: χ, [Col.-Lips.]; — quia nescit cedere virgo: ι, ϰ, π, rell.; nescit quia cedere virgo: ζ, ϑ; nescit procedere virgo: υ.

[313]) obtutu: ϑ, ι, ϰ, π, υ, μ, ρ; obtuitu: λ, φ, χ, ψ, rell., [Beck.]; optatu: ζ; — curat: ϑ, υ, rell.; cura: ζ; curant: β, λ, φ, χ, [Col.-Lips., Lond.]; — fastigia: ϑ, rell.; stigia [m. post.: vastidia]: φ; vastigia: χ; vestigia: ψ. [314]) humus quicquid: ϑ, ι, π, υ, rell.; humus quidquid: ϰ, μ, χ, [Col.-Lips., Beck.]; humus vel quidquid: φ; humus et quid: ψ; — abissus: ϑ, π, υ, μ, φ, χ, ψ; cf. Duemmler-Traube III. 129, 130, 131; abyssus: ζ, ι, ϰ, rell., [Col.-Lips., Beck.]; quod producit humus, quicquid producit abyssus: ρ. [315]) nec somnum: ϑ, υ, rell.; nec sompnum: φ, ψ; non somnum: Lips.; non sumnum: Col.; non summum: χ; nec summum: λ. [316]) fige: ϑ, rell.; finge: δ; — ne perdat: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, υ, rell.; perdat ne: φ, [Schwab.]; in cod. φ versus 313—316 leguntur post versum 328.

[317]) dic: ϑ, rell.; sic: ζ; — mihi ι, υ, rell.; michi: ϑ; — dum: ϑ, rell.; cum: ι. [318]) matri: ι, υ, rell.; matris: ϑ; nostra: φ; — si vellet: ϑ, rell.; si possit: τ; vellet si: Schwab. [319]) gustum: ι, π, υ, rell.; gustus: ϑ; gustu: ζ; iustum: ϰ; — prodidit: ϑ, rell.; perdidit: φ; protulit: χ, [Col.-Lips.]. [320]) troianum: ϑ, rell., [Lips.-Lugd., Vet.]; trovanum: χ; troyanum: Col.; troianem: μ; — lauderis: ϑ, rell.; laudis tu: χ, [Lips.]; laudis: Col.; — secretum: ϑ, rell.; triumphum: ρ, φ [per errorem; cf. v. 316].

[321]) cum: ζ, ι, π, υ, ρ, φ, χ, ψ; quum: ϑ, [Beckius]; dum: ϰ, α, λ, [ed. Goldast.]; — subsidat: ζ, ϑ, ι, ϰ, π, rell., [Vet., Lugd.]; subscidat: υ; subsistat: δ, λ, ψ; ubi sistat: φ [man. post.: subsistat]; subsistit: χ, [Col.-Lips.]; mundus subsistat: Goldast., Schwab.; — mundus: ϑ, rell.; pondus: ψ; pontus: ζ; terrae subsidat mundus: γ; — olimpo: ι, ϰ, π, υ, rell., [Col.-Lips., Vet., Lugd.]; olimpho: ϑ; olympho: ζ; olympo: Schwab. et Beck. [322]) semper. ϑ, rell.: super: α, χ, ψ; — consistat: ϑ, rell.; consistit: φ, χ, ψ, [Col.-Lips., Vet., Lugd., Lond, Goldast.]; si constat: β, [man. post.: consistat]. [323]) tetragrammaton: ζ, ϑ, ϰ, υ, μ, ρ, [Lugd.]; tetragamaton: ι, π, λ, ψ; thetragramaton: φ; thetragrammaton: χ, [Col.]; thetragrammathon: Lips.; — annuo: ϑ, rell.: adnuo: ed. Schwab. et Beck.

Pseustis.

Ista suis hodie si praevalet artibus in me,
Dum cessit Mopso, Calcantis more dolebo,
Fraude puellari sed non patiar superari:
Millesies repetam, nisi subtrahat Hesperus horam.

Alithia.

Nunc utinam Tales, falsorum fictor, adesses!
Quatuor imprimis evangelicae rationis
Nitar codicibus, nostrum de virgine corpus
Ut Deus accepit, nec me labor iste gravabit.

Pseustis.

Egregiam sobolem cui — per Stilbontis amorem —
Vi superum magna sociasti teste Capella, —
Obsecro te, Fronesi, iubeas reticere sorori:
Quo tendit, cedo nec me cessisse negabo.

Fronesis.

Mortales cuncti quod contendunt adipisci
Nec, si perficiant, vitae discrimina curant,

---

[326]) dum: ϑ, rell.; cum: δ, μ; quo: φ; — calcantis: ζ, ϑ, ι, π, υ, rell., [Col., Vetus]; calchantis: κ, β, γ, [Lips., Schwab., Beck.]; — dolebo: ϑ, rell.; delebo: π. [327]) puellari: υ, rell.; puelari: ϑ; — sed non: ϑ, rell.; me non: ν, χ, [Col., Lips., Schwab.]; sic non: edd. Vet., Lond.; non sic: Lugd.; sed: γ; — patiar violari: ι, υ, rell.; patiatur violari: ϑ; pacior violari: ζ; non sed poterat violari: τ. [328]) millesies: κ, π, rell.; millesiam: ι; millesias: ϑ, υ; — nisi: ϑ, ι, κ, υ, rell., [Vet., Lugd.]; ni: ζ, π, ρ, τ, χ, ψ, [Col.-Lips.]; — subtrahat: ϑ, rell.; substraat: υ; — hesperus: ϑ, rell.; esperus: ψ; vesperus: λ; — horam: υ, rell.; oras: ϑ.

[329]) utinam: ϑ, rell.; etiam: φ; — tales: ζ, ι, κ, π, υ, rell., [Lugd.]; thales: ϑ, χ, [Col.-Lips., Vetus, Schwab., Beck.]; tares: ρ; ulixes: μ; — falsorum: ϑ, rell.; factorum: ρ; falsarum: τ; farforum: γ; — fictor: ι, π, υ, rell.; victor: ζ, ϑ, κ, δ, μ, ψ; — adesses: ϑ, rell.; adesset: ι. [330]) quatuor: ζ, κ, π, υ, rell., [Col., Beck.]; quattuor: ϑ, ι, [Lips., Vet., Lugd., Schwab.]; — rationis: ϑ, rell.; racionis: φ, χ; lectionis: δ. [331]) nitar: ϑ, rell.; utar: β, φ, χ, ψ, [Col., Lips., Schwab.]; — nostrum: ϑ, rell., [Beck.]; vestrum: ζ; sacrum: χ, [Col.-Lips.], natum: φ; verum: Schwab. [332]) accepit: ϑ, rell.; assumpsit: φ, χ, [Col.-Lips., Vet., Lugd.]; adsumsit: Schwab. et Beck.; — labor iste: ϑ, rell.; labor ille: χ, [Col.]; dolor iste: ψ; — gravabit: ϑ, rell.; gravatur: π.

[333]) stilbontis: υ, rell.; stilontis: ϑ. [334]) vi superum: ϑ, rell.; et superum: ζ; — sociasti: ϑ, rell.; sociastis: ρ. [335]) fronesi: ζ, ι, κ, π, υ, rell.; fronesis: ϑ, ψ; cf. v. 26 et 28. [336]) tendit: ζ, ϑ, π, υ, rell, [Col., Lips., Vet., Lugd., Schwab.]; tenditur: ι; tendis: κ, α, μ, τ, [Goldast., Beck.]; — nec me: ϑ, rell.; nec eam: β; — cessisse: ϑ, rell.; vicisse: δ, φ, ψ.

[337]) contendunt: ϑ, rell.; contendit: ψ; contempnunt: τ. [338]) nec si: ϑ, rell.; ne si τ; — perficiant: ϑ, rell.; proficiant: φ, ψ; — curant; ϑ, rell.; curat: π.

Ex insperato Dominus tibi contulit ultro:
Ut cessare velis, devictus supplicat hostis.

Trëicius vates commovit pectine Manes,
Te moveant lacrimae; iam tollit cornua Phoebe;
Sol petit Oceanum, frigus succedit opacum:
Desine quod restat, ne desperatio laedat.

---

[Tunc Alithia Deo reddens pia carmina plectro
Hoste suo victo coepit modulare benigno:
»Alme Deus, triplex, ast omnipotens, pie, simplex,
Qui caelum, terras, mare, tartara rite gubernas
Quique regis cuncta propria virtute sub una,
Erige subiectos cunctos tibi, sterne superbos:
Cui sit laus semper, virtus, pax, gloria perpes,
Quem decet aeternum regnum sine fine per aevum.«]

---

[339]) ex insperato: ϑ, rell.; ex inspirato: μ, φ, ψ, [Lips., Lugd.]; ex in spuritu: λ. [340]) ut: ι, υ, rell.; et: α, β, [prior manus]; — velis: ι, κ, π, rell.; velit: υ, τ; totus versus deest in codice ϑ.

[341]) treicius: ζ, ι, π, υ, ρ; cf. Duemmler-Traube II. 398; III. 57; traicius: ι, λ, μ, rell., [Vetus]; traycius: φ, ψ; trahytius: ed. Col.; threycius: ed. Lips.; thraicius: Beck.; trheicus: ϑ; — pectine: ϑ, rell.; in ψ hoc vocab. vix, in φ omnino non explicari postet; — manes: ϑ, rell.; canes: γ. [342]) te moveant: ϑ, rell.; et moveant: ι. [343]) oceanum: ζ, ϑ, ι, κ, π, υ, μ, ρ; occasum: φ, χ, ψ, rell., [Schwab., Beck.]; — succedit: ϑ, rell.; successit: ψ.

Hoc loco ex 24 codicibus, quos totos contuli, duo tantum non intermittunt: γ et δ: praeter hos codices istos, qui sequuntur, versus octo, quantum mihi compertum est, duo tantum Vaticani continent, qui sub numeris 2826 et 5161 feruntur, et Guelferbytanus 56. 20. Aug.: Ne unus quidem ex his codicibus saeculum XII. attingit: quo iterum verisimile fit illos versus saeculo demum XIII. additos esse; (cf. p. 8 et n. 3 eiusdem paginae). [Vaticanorum lectiones debeo Dr. Henrico Pogatscher, qui est hac aetate in »Instituto Austriaco« Romano.]

[345]) tunc: γ, δ, Vat. 5161; nunc: Guelf., [Beck.]; hec: Vat. 2826; — alithia: γ, Guelf., Vat. 2826; alithia: δ; alethia: Vat. 5161; — deo reddens pia: γ, Guelf., Vaticani; pia reddens deo: δ. [346]) benigno: γ, Guelf., Vaticani; benigne: δ.

[347]) ast: γ, Vaticani; et: δ; simul: Guelf., [Beckius]. [348]) rite: δ, Guelf., Vaticani; arce: γ. [349]) hic versus non legitur in cod. δ; — quique: Guelf, Vaticani; quoque: γ [Beck.]; — sub una: Guelf., Vaticani; sublima: γ. [350]) erige: γ, δ, Guelf., Vat. 5161; elige: Vat. 2826; — subiectos cunctos tibi: Guelf.; subiectos cunctos [sine: tibi]; Vat. 5161; subiectos tibi: Vat. 2826; subiectos tibi cunctos: γ, δ; — sterne: γ, Guelf., Vat. 2826; prosterne: Vat. 5161; sperne: δ. [351]) laus semper virtus: Vaticani; laus virtus semper: γ; laus virtus: Guelf.; in cod. δ versus 351 et 352 non leguntur.

In codice γ post versum 352 etiam leguntur haec:

»Ponitur hic finis perfecto carmine litis.
Laus Tibi sit, Christe, quoniam liber explicit iste«.
Similia exhibent alii codices.

---

# Appendix.

## A) Quibus locis recesserim a Beckii verbis aut vocabulorum scribendorem ratione.[1])

| Versus: | Verba huius libelli: | Verba Beckianae editionis: |
|---|---|---|
| 5: | corpus cui | cui corpus |
| 5: | utrimque | utrinque |
| 15: | litoris | littoris |
| 18: | cedet, si vincis | si vincas, cedet |
| 22: | testis nisi | nisi testis |
| 22: | assit[2]) | adsit |
| 24: | coepti | veri |
| 26: | Fronesis[3]) | Phronesis |
| 32: | dubitem | dubito |
| 36: | Pitagorae | Pythagorae |
| 37: | venit Saturnus | Saturnus venit |
| 45: | Juppiter[4]) | Jupiter |
| 47: | decolor | discolor |
| 60: | post funera mortis | post funera sanguis |
| 61: | Licaon | Lycaon |
| 63: | temptando | tentando |
| 65: | Enoc | Enoch |
| 72: | Pirra | Pyrrha |
| 73: | disrupit | dirupit |
| 73: | abissi[5]) | abyssi |
| 77: | Ganimedes | Ganymedes |
| 81: | dampnant | damnant |
| 83: | intro | ultro |
| 89: | Babilonis | Babylonis |
| 93: | Ciclopes | Cyclopes |
| 98: | assumpsit | adsumsit |
| 108: | sequitur patrem | patrem sequitur |

[1]) Ubi solo optimorum codicum consensu permotus sum, ut a Beckii verbis recederem, nihil adnotandum mihi esse censui. Ceterum confer cp. II. p. 17.

[2]) Cf. v. 287.

[3]) Cf. vv. 28, 30, 335.

[4]) Cf. v. 165 et 239.

[5]) Cf. v. 183 et 314.

| Versus: | Verba huius libelli: | Verba Beckianae editionis: |
|---|---|---|
| 109: | Phillis | Phyllis |
| 109: | Demofontis | Demophontis |
| 117: | Citharea | Cytherea |
| 118: | Titidae | Tydidae |
| 123: | gemat | gemit |
| 125: [et 128] | Ipolitus | Hippolytus |
| 126: | discerptus | distractus |
| 126: | focas | phocas |
| 127: | dampna | damna |
| 128: | modo | qui |
| 128: | extat | exstat |
| 134: | ydri[1]) | hydri |
| 148: | perhenni | perenni |
| 150: | baca | bacca |
| 151: | haurit | hausit |
| 154: | quem | quos |
| 156: | nec cuiquam | nec cuicumque |
| 156: | sepulchrum | sepulcrum |
| 165: | Amphitrionis | Amphitryonis |
| 174: | Gerionis | Geryonis |
| 174: | consumpserat | consumserat |
| 176: | paelex | pellex |
| 177: | Samson | Sampson |
| 180: | Dalila | Dalida |
| 181: (et 184) | nomina | numina |
| 191: | Euridicen | Eurydicen |
| 192: | condicione | conditione |
| 194: | cordarum | chordarum |
| 197: | Cillenius | Cyllenius |
| 200: | quod | quem |
| 204: | confertum | confectum |
| 205: | Gnosia | Gnossia |
| 205: (218, 321) | cum | quum |
| 209: | constrinxit | obstruxit |
| 212: | assecla | adsecla |
| 215: | Bellorofon[2]) | Bellerophon |
| 215: | perempto | peremto |
| 216: | dimittit | dimisit |
| 217: | Jezabel | Jesabel |
| 223: | extinctum | exstinctum |
| 223: | Mennona | Memnona |
| 228: | cursus | currus |

[1]) Cf. v. 174.
[2]) Cf. v. 272.

| Versus: | Verba huius libelli: | Verba Beckianae editionis: |
| --- | --- | --- |
| 230: | Olimpi[1]) | Olympi |
| 233: | casum[2]) | occasum |
| 234: | Magedo | Mageddon |
| 241: | Assiriorum[3]) | Assyriorum |
| 246: | Phaëtontis | Phaëthontis |
| 251: | temptas | tentas |
| 256: | Danaëm | Danaën |
| 264: | Niobae | Niobes |
| 265: | presbiteris | presbyteris |
| 270: | ypomanes | hippomanes |
| 274: | Olofernes | Holofernes |
| 276: | crediderit | crediderint |
| 277: | Scilla | Scylla |
| 277: | thoros | toros |
| 279: | contempta | contemta |
| 279: | incita | insita |
| 281: | tirannum | tyrannum |
| 285: | prata virent, silvae frondent, . . | silvae, prata virent, frondent, . . . |
| 286: | Elicon | Helicon |
| 286: | Protheu | Proteu |
| 287: | si curant | qui curant |
| 290: | baratro | barathro |
| 290: | . . sunt, numina singula caelo, . . | . . si singula numina caelo, . . |
| 294: | cithiso | cytiso |
| 299: | pius | prius |
| 302: | fructibus | frugibus |
| 304: | voluit | potuit |
| 307: | carnis | carnes |
| 313: | obtutu | obtuitu |
| 314: | abissus | abyssus |
| 324: | annuo | adnuo |
| 326: | Calcantis | Calchantis |
| 329: | Tales | Thales |
| 332: | accepit | adsumsit |
| 336: | tendit | tendis |
| 341: | Trëicius | Thraïcius |
| 343: | Oceanum | occasum |
| [345: | tunc | nunc |
| 347: | ast | simul |
| 349: | quique | quoque.] |

[1]) Cf. v. 321.
[2]) »Casum« praetuli etiam metri causa: Cāsūm Jōsīaē dēflēbānt ōppĭdă Jūdāe.«
[3]) Cf. v. 276.

## B) Index nominum.

# C) Argumentum.

---

Corrigenda:

P. 15 n. 4: in sententia me**a**.
P. 23 n. 7: Jan**ss**en.

Codex Langobardicus Etonensis
B [L 6.5]. v. 23–51.

Desunt decem (ad minimum) folia huius libri. fol.

Si uincat Pseustis non me uicisse fatebor.
Sed quia in utrum nescia sententia cepit
En ad aquare gregis simul et releuare calorem
Nunc uenit Fronesis. sedeat pro iudice nobis.
Pseustis ad hec. Uideo quod tantos operatur ulato
Nunc ades o Fronesi nec sufficit hora diei
Li tamen leuem nostro post ponas seria ludo
Tu mater Fronesis. ad aquam ad me gregem quarum
A celestia domum iussisset uertere parentum.
Ne diuinas penas si quicquam tardo patrarunt.
Leta feram caelis presumens gaudia uestris.
Pergere prior Pseustis. quia masculus illa sequatur.
Et quamuis studio. certatis in ordine uestro.
Patre gerente numerus. sol augeat obsecro tempus.
P: Primus Creticis uenit Saturnus ab oris
Aurea per cunctas disponens secula terras.
Nullus ei genitor. nec quisquam tempore maior.
Ipse gaudet auo superum generosa propago.
A: Incola primus homo fuit in uiridi paradiso.
Coniuge uipretum donec succederet uenenum
Virus eo cunctis miscendo pocula mortis.
Sentit adhuc proles. quid commisere parentes.
P: Splendorem aui non passus Iuppiter aui.
Expulit illa patrem crudelibus armis
Decolor argenti mundo successit imago.
Ea iam primatum dedit illi cura diuum.
A: Exulat electus de sede pia protoplaustus
Accinitur in cinere naturae munera honore.
Nec tamen est nimium metrem spirat poma

B.

Theoduli ecloga: V. 135-155 aus Cod. w.

[illegible]
[illegible] parta ide se sibilavere dracones
Rapt' aqs moyses magicas evertere artes
Omnis eu regio timuit circumflua nylo.
Educit cives submersit fluctibus hostes.
Memphitas ericium testatur adhuc mare rubrum.
Iuppiter europe succensus amore decore
In tauri speciem deitatis vertit honorem.
Virgine stuprata non passus agenoris arma
Nomen donat et quod habet pars tertia mundi.
Insignem vitulum conflaverat ignis et aurum
Et aaron digitis insanit plebs rebellis.
Stirps levi per quam domini compescitur ira.
Pontificalis ei datur infula iure perenni
[illegible] stimulos luis amphiare sacerdos.
Pectore flagrantis dum splendet baca monilis
Haurit te subito specus ex acheronte profundo.
Mactat eam tenebris orbatur dextera prolis.
[illegible]ati chore miseri parere monent meliori
Accipit inferni quem devorat arida tellus.
[illegible]


3 2044 055 017 750

